

## LIBRI III. CA. I. ET II.

## INCIPIT LIBER III.

**A**gria, quia accessit Holsatię, nouis nūc cultorib⁹ impleta, nouę ciuitatis Lubicę fundamēta nūc iaciētes, nouo recte principio ordiemntir. Igit̄ anno. XL. salutis Christianę post cētū atq; mille, Adolphus comes Holsatię, sām Wagrię dñs, usq; ad lacū Wakenisse, tenebat ditiōnem: cernens q̄ optime Cimbrorę olim dux, & deinde

Lubice fun  
damenta.Lubica iam  
floret.Oratores ad  
principes.Villa Hager  
storp.Bernardus  
Burgundus  
uir sanctus.Puer cec⁹ &  
claud⁹ curat

Crito Wādalus, inter lacū & flumē in colle, urbīs menia iuchoassent, sed tēpestatibus belligrē impliciti, ab opere destitissent, tertius ipse futuræ ciuitatis fundamēta cœpit iacere: Lubicāq; de Zuartow, cum nomine trāstu lit in superiora: Ciuitatē, quę propicio Deo in diebus nostris ita effloruit, ut inuidiā sit pretergressa omniū in circuitu principū, & urbis. Locū ante dixere Bucu, quę Adolphus rūderibus eiectis, in formā opidi uallo cinxit. Nam maiores ei⁹ partes, iam fluminie & lacū premuniebātur: appellavitq; Lubeck: trāslato nomine de opido, qđ in eadē fluminis ripa, int⁹ ad mare Hēricus qndā Wagrię princeps, firmauit, & inhabitauit. Prosperatus ergo opere Adolphus, misit oratores ad Niclotū Obotritorū principem, cōponere cum eo fœdera, & amiciciā sociare: omnes maiores in prouincia donis sibi cōciliās; adeo, ut omnes ei obsequi, & terrā ei⁹ cōpacare, decertarēt. Cœperūt ergo inhabitari deserta Wagrię, puincię, & multiplicabāt numer⁹ accolatę eius. Vicelin⁹ q̄c̄ sacerdos, inuitāte, & adiuuāte comite, p̄dīa reccepit, q̄tq; Lothari⁹ Imperator ad cōstrūctionē monasterij, & in subsidiū seruorę Dei, iam olim sibi corā arce Zégeberg contradidit. Vifum aut̄ fuit patrib⁹, ex re esse, propter incōmoda fori, & tumultus castrēses monasteriū in uillā Hagerstorp trāsferre: misitq; Vicelin⁹ eo uenerabilē sacerdotē Fōlkardum, cum industrijs uiris, qui oratorio, & claustralibus officiis erigendis, operam darent. Ecclesia uero prior, in curam parrochię transferretur.

CA. II.

Vm aut̄ per ea tempora res Christianorę in Asia labefactari cœpissent, uenit ex Burgūdia uir insigni sanctitate Bernardus in cōuētū Impij Fräckfordiēsem, ad p̄dicādā crucē, in expeditionē faberimā. Hui⁹ uiri fama tāta fuit, signorę opinione celebris, ut e toto orbe, ad eū cōflueret populorę frequētia, cupiētū uidere, quę per eū siebant miracula. Cum ergo uir sanct⁹ in ecclesia positus curādis egrotis, in nomine Dñi, prop̄sius instaret, astate rege Rō. Cōrado, & summis principib⁹ incertū erat, inter tantas populorę cateruas, quid quis pateret, & cui forte subueniret: aderat comes Holsatię Adolphus, certi⁹ nosse cupiēs, ex operatione diuinā uirtutē uiri. Inter hēc offerr̄ ei puer cecus, & claudus, cuius debilitatis nulla potuit esse dubitatio. Cœpit igit̄ sagacissimus scrutator Adolphus intētare sollerter, si forte posset in hoc puerō, sanctitatis ei⁹ experimētū sumere: cui⁹ credulitatis diuinit̄ edoc̄t̄ uir Dei, remedii prouidens, puerū preter morē sibi iussit applicari: ceteros tū uerbo cōsignauit, hūc uero exhibitū, manib⁹ excœpit: oculisq; morosa cōrectatiōe, uisum

restituit: deinde genua cōtracta corrigēs, iussit eū cūrrere ad gradus: manifesta dantē indicia tam uisus, q̄ gressus recuperat. Cœpit sanct⁹ ille, ne scio quib⁹ oraculis edoct⁹, adhortari principes, ceterasq; fidelium plebes, ut proficiscant̄ defendere Hierosolymā, ad cōprimēdas, & Christianis legi⁹ bus subigēdas barbaras oriētis nationes, dicēs appropinquare tempora, quo plenitudo gētiū debeat introire: ut & sic omnis Israel salu⁹ fiat. Protinus ad uerba exhortātis, incredibile est dictu, quanta populor⁹ caterua se ad eādē deuouerit, pfectiōnē: In quib⁹ prīmi erāt, Cōradus Ro. Impator, Frideric⁹ Suevię dux, qui postea regnauit, Welp dux Bauarie, cum principib⁹ & episcopis; militia plurima nobiliū & plebeior⁹ sine certō numero, Ludouic⁹ deinde Gallo⁹ rex, & omnis flos iuuētutis in idipsum aspirauit. Non est recognitū uicinis tēporib⁹, nec auditū a dieb⁹ sēculi, tātū cōuenisse exercitū uolūtario⁹ grādē nimis: fueruntq; signo crucis insigniti, & uestib⁹, & armatura. Vīsum aut̄ fuit authorib⁹ expeditionis, partē exercit⁹ unā mitti per oriētē, alterā in Hispaniā, tertia uero ad Wādalos nostrar⁹ partiū. Primus ergo, qui & maxim⁹, abiit itinere terrestri cum rege Romanor⁹ Cōrado, & rege Frācię Ludouico, & p̄cipuis utriusq; regni potestatib⁹. Ferūt Germaniā tūc purgatā latrocinijs: nam omne id gen⁹ hominū, sacrā cum rege in iūt pfectiōnē. Trāsierūt regnū Vngarię, usq; ad fines Grēcie: premiserūtq; oratores ad Impatorē Cōstātinopolitanū: ut transitū permitteret incolumē, & cōmeatū sineret cōparari. Ille territus magnitudine exercit⁹ uēbo quidē annuit postulationi, si uenirent pacati. Cui respōsum est: Non modo ad seruādā, sed amplificādā Christianā pacem exisse tātos reges. Multa sunt uisa portēta cladē nūciare: p̄cipiuū, q̄ sanguine pluisse, cernerēt in uestib⁹. Cōtinuo se extremis p̄parauere, indicij moniti coelestib⁹. Quid uero egerint, q̄s q̄ sint experti casus, ad hūc locū non pertinet. Imperator oriētis, cum adhibitis notarijs, numerū relegeret trāseuntiū, ferūt dixisse: Quare eduxisti populū hunc multū Dñe de sedib⁹ suis: uere brachio uirtutis tuę indigēt, ut iterū uideāt terrā suę natūrātatis. Secūdus exercit⁹, naualis, Colonie, & in alijs Reni ciuitatib⁹ cōflatus, & ex flumine Visurgi cœpit nauigare latissima oceanī spacia, q̄usq; ueniret Britāniā: quo per aliquā dies resarcita classe, nō modica etiā Anglorū, Britāniūq; adiecta manu, torserūt uela in Hispaniā: appulerūtq; ad Portugalēsem nobilissimā Galicie urbē: adoraturi ad reliqas. S. Iacobi. Rex aut̄ Galicie exhilarat⁹ super aduētu peregrinor⁹, rogauit, ut, si ad honorē Dei exissent pugnaturi, fierēt sibi p̄silio aduersus Vlyxbonā, cui⁹ occupatores Saraceni, fines Christianorū uexarēt. Nec grauate cesserūt uoto peregrini, duxerūtq; in urbē mēoratā, cū magna nauiū multitudine. Rex a terra urgebāt hostes, & a mari exercit⁹ ille peregrin⁹. Multū tñ tēporis effluxit in hac obsidiōe. Ad extremū capta ciuitate, propulsisq; barbaris, rex idem orabat peregrinos, ut permitterent illi uacuam ciuitatem. Diuīsa inter se socialiter præda, factaq; est exinde Christianorū colonia, usq; in præsentem diem. Hoc solum prospere cessit, de uniuerso labore, quod patrārat expeditio.

CA. III.

Expeditiō i  
hierosolymāGrādis exer  
citus.Germania la  
trocinijs pur  
gata.

Visa portēta

Classis in  
infideles.Vlyxbona  
a Saracenis  
recuperatur.

D Obotritos autē & Luticos, nostrarē partiū Wandalos, tertī  
 a crucesignatorē exercitus diuertebat, ulturi suorum, & imprimis  
 Christi dñi iniuriā: cuius religionē projectā cōculauerunt. Hu  
 ius uero expeditionis principes erant, Adalbero iam Bremensis archiepi-  
 scop⁹: Intercidit enim iam titulus Hamburgēsis, abolito legationis hono-  
 re: Aderāt uniuersē Saxonē principes: Henricus dux Saxonię adulescēs:  
 Conradus dux de Saringia: Albertus Marchio de Soltwedel: Cōradus  
 de Within. Audiēs ergo Niclot⁹ Obotritorē princeps, quia in proximo  
 esset cōuētur⁹ exercitus, ad subuersionē gentis suę, misit in uniuersam na-  
 tionē, ut prepararet se in bellum. Firmauit arcem Dobin: misitq; nuncios  
 ad Adolphū Holsatię comitem, cōmonens eum pacti foederis: Simul etiā  
 preberi postulans facultatē colloquendi & consilio participandi. Cunq;  
 comes assereret, hoc druum sibi, propter offensam principū omniū, uideri  
 esse causam generalē cunctorē in circuitu principū: in qua satis prestaret  
 foederato si quiesceret. Nam ubi commoueret se, illico actum esset de illo:  
 Cui Niclotus remādauit: Ego tibi pro muro hacenus fui, ut quietus age-  
 res, in terra, non tua Wagrię, ego querelas audio quotidianas quorum  
 tenes ditionē ne tibi ingruāt solus restiti: tu uicem reddes bonā: Cōtem-  
 ptū pro labore. Quid ergo censes, nisi me quoq; repagulo subducto, in  
 te finam defeuire cupiētes? Ad quē Adolphus. Vides pro tua prudentia  
 quid agat: Exiles tibi uires prodesse non possunt: mihi exitio est, uel se-  
 mel cōmoueri. Proinde, nō te pœniteat in me officiosum fuisse; perseuera  
 in eo, quod hacenus fecisti: erit aliquā, ut cernas Adolphū, non immemo-  
 tē in se officij. Niclotus, ut potuit, ceteris circūspexit in prouincia. Adol-  
 phus uero precepit suis, ut peruigilem iumentorē, & rerū omniū, ageret cu-  
 stodiā, ne quid capiant deterimēti. Sentiēs ergo Niclotus, irreuocabilem  
 esse iuratē expeditionis profectionē: clam parat naualem exercitū: Trans-  
 missioq; totam classem applicat ad hostium Trauenę, percussurus omniem  
 Wagrię prouinciā, priusq; Saxonum exercitus infunderetur finibus suis:  
 Transmisitq; nuncium uesperi Zegeberg, eo q; promiserat Adolpho co-  
 miti admonere eum. Sed uacuus ibat ille nuncius: nam comes defuit, nec  
 tempus erat cōgregādi exercitū. Erat tum exitus Iunij mēsis, cum a mari  
 per Trauenā Wādali ascenderet. Ciues Lubicanę urbis, audito rumore  
 colligēdi se spacium non habuere: inter uina enim & epulas sepulti tene-  
 batur, occupabantq; pritisq; persentirēt. Publicū tum habuere mercatū  
 (nundinas uocant) Ingēs confluxerat populi multitudo: sequiebant Wā-  
 dali, & supra trecentos oppressere uiros. Cohortes equitū due, longe, la-  
 tecq; circūagebantur: predantes, & incendia miscentes. Quicquid nouę  
 gentis aduenerat, spoliabatur, trucidabatur: Holsatis parsunt est: Id frau-  
 de hostium factum, an occulta Holsatorē machinatione sit gestum, māsit  
 in incerto. Erāt qui suspicarent̄, Holsatos indigenas, non equis oculis aspi-  
 cere populum aduenā, & perinde clam sensisse cum Wādalib; quod impu-  
 nitas eorū fecit suspicari. Ad pagū Slusle Phrisiorē, memorabilis tum est  
 pugna peracta, hortāte, & imprimis uiriliter pugnāte, sacerdote: cum uiri

Crucesigna-  
ti in Wanda-Principes in  
exercitu.Arx Dobini  
firmatur.Excusatio co-  
mitis.Parat classis  
p. Wādalu.Wādali per  
Trauenā.Wādali qui  
unt.Holsatis pa-  
citur.

Villa munita fossato.

Exhortatio animosi sacerdotis.

Oculum pugnās amilit.

Expeditio crucesignata sum.

Dani in auxiliū.

Queritur tributū, nō fides.

Wādali falso baptisati.

uix centum propugnarēt aduersus aliquot millia Wādalorū. Fossato cōmunierāt ab incursione uillam suam, in morē uiculi, & cum Wandali op̄pugnantes capere non possent munitionē, in columnē abeūtibus uitam pollicent̄, si dedant. Inclinauere nōnulli ex Phrisijs, uitā paciscētes, tum Gerlau⁹ sacerdos: Quid est, inquit, uiri Phrisij: que uos ignavia corripit: uiri estis, arma tenetis, uallum nos diuidit ab hostibus: securos nos arma nostra tuentur: illa si proīcimur, uita in dubio est: fidē sequimini perfidorū: nulla illis gēs uilior odiosiorq; est Phrisijs: pecudū more trucidabimini, si arma dederitis: proinde in hostes illa uertite. Et hoc dicens, porta egreditur, uno comitatus, & egregie, uirtutis specimen edens exemplo, inuitauit cōtribules: oculū pugnās amisit: uulnus exceperit in femore, nec segni⁹ pugnabat: per uicitq; pertinax uirtus: ut Wādali affecti tēdio, simul pudore suffusi, discederēt. Tantū ualuit uiri unius inuictum pectus. Innotuit res Adolpho. Ille collegit exercitū, ut occurreret. Wandali certiores ea de re facti, pedem retrahūt: Ad naues cum preda redeūt, occupatati: celeriterq; sublati uelis, abierunt.

## CA. III.

Ama uolat per uniuersam Saxoniam, quia Wandali facta eruptione, bellū priores intulerunt, & festinauit expeditio crucesignato, ut ad prelia pia pro dño pararētur. Processit exercit⁹, in duas turmas diuisus: hostes neutri obuiā prodierūt: non ausi conferre manū, neq; aciem ueniētibus opponere. Tolerāde se obsidioni parauerunt: Dobin atq; Demin diuisa Saxonū agmina, petierunt, obsederuntq;. A mari egressi Dani, Dobini auxerāt oppugnationē: Qui intus fuere Wandali, cum cernerēt Danos negligentius agere in castris, eruptione facta, plurimos oppresserūt: nec poterāt a socijs defendi, intercedēte lacu. Oppugnatūr exinde graui⁹, ut ad internacionē, si fieri possit, delean̄. Cernētes Saxonum nōnulli, rem eo spectare, ut terra in desolationē ueniat, inter se loquiūti primores, qui Henrico duci, & Alberto marchioni parebāt: Quid agimus inquiūt: In principū nostrorū tributaria terra, quā oppugnamus, uastitati nullus est modus: In nosipso & prīncipes nostros laboramus: quin potius, pactiōibus & cōditionibus, rem prestat dirimere. Hoc capto cōfilio, coepit de die in diem, Saxonū uirtus, in oppugnatione languescere: tributa enim magis, q̄ Christi honorē, & populi salutē, queritabāt: Si qñ cōgressi Wandali fugabātur, nulla facta, aut permissa, hostiū insectatio. Iam ceteris etiam in propatulo fuit Saxones principibus parētes, non ardenter instare uictorie. Quo cōperto, pactio interponit̄, ut Wādali Christianā subeant ac recipiāt religionē, captiuos laxēt, quos ex Danis semper habuere multos. Illi omnia cōstanti uerbo promittūt. In hanc legem reducūtur exercit⁹: Tenuis reuera fructus magnē expeditionis. Nam Wādali falso, & ad speciem, baptisari uidebātur: cordibus aut̄ perseverauit solita pfidia. Ex captiuis Danis senes & inutiles laxauere, robustos seruitio suo obstrictos cōuenierūt. Talis habet fructus & exit⁹ auaricia: Eadē enim, quę dudum abiūcere fidem coēgit Wādalos: nunc specietenus recipere, & corde refutare, permisit; deterioribus factis post bellū, q̄ fuerint ante:

LIBRI III. CA. III. ET V.

nisi q̄ principes ad antiqua tributa iam exinde certiores effecti, redierūt. Fœlices si non tam sua, q̄ que Christi sunt procurassent. Adolphus quoq̄ comes, pacatis utcūq; tum rebus in Wādalīa, reparabat cum Nicloto ueterem intelligētiā, & cum ceteris oriētalibus, ne quid ab illis formidaret. Ad extremū tamē se non permisit illis, quo minus omnia circumspiceret. Populū autē suum super acceptis incōmodis, & damnis, quomodo posuit, est cōsolatus: ut forti animo essent, nec cederent fortune. Res nouas semper initio experiri difficultatē: futura omnia per tēporē successus meliora: Captiuos, quibus poterat cōditionibus, redemit, uiros ac mulieres. Inter hēc autē Vicelin⁹ Christi sacerdos, nihil omisit precibus apud dōū: assiduis curis apud homines, ut recte pcederēt omnia: pauperes aluit multis, quos proxima uastitas fecit plurimos. Ad portas enim noui monasterij, iacebat q̄tide expectātes exaturari de mīcis. Fratres quātum poterāt eleemosynis institere. Admirabilis in ea re Tiadmarus, qui illa largitate erogabat, ut proxime ad inopiā ceteris uergere uideretur cōenobiū. Pro uisores ob eam rem, clausa illi omnia habuere. Quid faceret uir misericordiarē: Eiulatū pauperū non sustinuit: circuibat horrea, loca pridē uacuata & penora cūcta, si quid forte supesset, in cōsolationē miserorē. Reperit qd mortalis nemo posuerat: erogabat largissime, cūctis stupētib⁹, unde essent que ille inter pauperes distribueret. Renouata sunt uetera Helię, pdigia. Ille cūctis p̄gebat almoniā: monasterio interim nihil decedebat. V.

Adolph⁹ co  
mes.

Rēdemit ea  
captiuos.

Tiadmarus  
largus erga  
pauperes.

Ix ea tempestas cōquieuit, & ecce nouus turbo surrexit ab aquilonē: unde iuxta Hieremiā pandit omne malū super habitatores terre, nam in regno Danię Zueno atq; Kanut⁹, ambo regū filij, de regno colluctabātur. Alter Erici nouissimi: alter Magni, qui sanctum perdidit Kanutū filij. Vterq; sibi conciliare Adolphū comitem Holsatię, missis nuncijs, properabat, cum muneribus. Inclinabat Adolphus in Kanutū, q̄ maiori ad illū pridē familiaritate utebat: Magno Holsatię suę in cōmodo. Prudētissimū fuerat, in neutralitate demorari, & equis aspexisse oculis amborū luctamen, quod de corona regni proceres Dani habuere. Hēc erat prima comitum, de Danorē rebus implicatio: multos in reliquā creauit, posteris eorū, & uniuersis habitatoribus, labores. Zueno regni gubernacula, maior natu, tenebat: Waldemar⁹ diui Kanuti fili⁹, primū, diuc⁹ Zuenonis partes sequebat: Inde iunctus Kanuto cum perfidiā sue partis deprehēdisset. Sed prima, ut dixim⁹, colluctatio, fuit inter Zuenonē & Kanutū. Etheler⁹ quidā erat homo Thietmarsia natus, in qua illa tēpestate, militaris aliquot ordinis homines manerēt. Hic apud Zuenonē primas partes agebat. Ille ubi intellexit comitē inclinare partib⁹ Kanuti, profectus in Holsatię, militares donis Zuenoni conciliabat plurimos: alijs equos, alijs era largiens: ut Zuenoni q̄plurimos deuinciret. Exemplū eius multi sequuti, sequētibus sēculis, regem q̄ comitē sequi maluerūt: q̄ maioribus rex donis, & amplioribus beneficijs, suos locupletaret. Primus hic ex Saxonū natione, pro Danis, suos cōtribules Thietmarsos cōp̄it attrahere, & alios oppugnare. Ethelerus, factis excursionibus in Waz-

Cōrēditur  
de regno Da  
niū.

Zueno rex.

Kanut⁹ com  
petitor.

Thietmars  
pro Danis.

Publicatur  
edictum.

Kanutus ad  
mouit copi  
as.

Paratur eru  
ptio.

Oratio comi  
tis Adolphi

Fugit maior  
pars.

Intercessori  
exploratores

Fit pugna.

griam Aldenburgū usq; ad suburbia Zegeberg, omnia peruastabat. Comes Henrico Leoni duci, per etatē adulescēti cuncta aperuit: suorū perfidiā, ac defectionē Etheleri instantiā. Dux emissō decreto, edictoq; propo sito, mādauit: ut qui fidem sequerent Danorū, Holsatia cederet, ante p̄finitū diem, hostiū loco habēdos, si post deprehenderent. Qui iam mani festis reb⁹ se ostēderāt, cessere: multi latuere, qui etiā propterea mutauere sententiā. Zueno rex Sleswicū cōmuniēs, ibi sedebat, moturus in Adolphū de proximo. Vbi ille resciuit, occulto nuncio egit apud Kanutum: ut Zuenonē sua quisq; de parte, in ea urbe obſiderēt habituri finē rerum, si prosperarent. Admouit copias suas a mari & terra Kanutus. Adolphus cū quatuor millibus de sua parte occurrit. Vbi uidet rex se inclusum, nec esse sibi copias ad eruptionē faciendā, Etheler⁹ apud Zuenonē uir primari⁹, interposita publica fide, Kanutū adiūt, docet q; in loco, res future sint: si ad tempus regi cedat. Magna pollicetur, in p̄sens multa p̄mittit: Demū effecit ut Kanut⁹, quibuscūq; cōditionibus, exercitū suum reduceret. Hoc illo factū est, p̄posito, ut Adolphū solū, cui male uolebāt, iam auxilijs destitutū, facilius opprimeret. Paratur eruptio: Erat ex Adolphi familia, quidā in urbe Sleswico, explorandarū rerum gratia: qui ubi, quid agere tur, intellexit, concito contendit, ad dominū suum, docens q; pararetur in illum eruptio.

CA. VI.  
Omes alloquitus suos, ut parati essent, rem dissimulāter habet: uerba faciens in hunc modū, ne timorē significaret: Laborāt, inquit, iumenta nostra, ut cernitis cōmilitones a pabulo: parum nobis retrocedendū in p̄sens: ut illis recreatis ad p̄eliū parati stemus: & illico mouit castra: Qui de propinquio stantes, comitē audiēre, quis ille dissimularet, timorem eius, & graue periculum persenserūt. Itaq; fugā maior pars innīt, & preterlapsi sunt Eidorā, priusq; comes sequeretur aduentans: Tanta facta est populo cōcussio: uix quadringēti equites cum comite constitere. Curauit enim postremus reuersus ab hostibus, ne quis suorū maneret in periculo: quos his uerbis alloquitur: Hic est, inquiens, limes ditionū: Hic nobis cōsistendū, ut uideamus, quis nos fugans insequāt. Si uiri estis, state mecum: efficiamus hodie, ut manū paruulā, in precio ponat Zueno Danus: Cor pauidū mihi aliquā obiecere nōnulli, cum aut cūcta tionē, legitimis de causis interponerē, aut aperta pericula, & sanguinis sine fructu effusionē euitarē: hodiernus dies ostendet, si perseveratis, quis uir sit Adolphus. Omnes qui affuere comitis uocem approbauere: Moriendū cunctis priusq; limite pelli paterent. Misit comes, qui apud hostes quid ageret, scrutarētur. Intercoēpti sunt a Danis primi, & in uinculis habiti. Miratus ille, alios submittit, qui concito redeūtes, renūciāt adesse hostem, graui agmine equitū peditūq;. Iussit comes subduci nauiculas, ne facile transiret p̄fluentē. Sed Dani alio uado, ad uillam Scullebu Eidorā transierūt. Quo cōperto, illuc mouit Adolphus, priusq; omne agmē trāsponeretur, pugnaturus in primos: Hostes iam reperit in ordine stantes: Incurrūt Holsati Danis, infestis hastis: Plurimi ex utraq; parte, iumentis

LIBRI III. CA<sup>A</sup> VII. ET VIII.

deturbantur: nō nulli pereūt, opprimunturq; Inter alios comes equo des- turbatur: assunt fidi milites, reponētes in iumentū comitem.

VII.

comes equo deturbatur.

Tabant interim aliqdū dubia signa inter ambos exercitus, nū-  
mero impares uictorię: cū Danis uires crescerēt, pluribus trās-  
portatis; Holsatis uero decrescerent. Tum initio concilio, Holsati  
equorū hostiliū poplites prescidere, percutiētes. Quo uiso, Dani iam con-  
cēpere timorē: cum equo cadente, eques fieret in periculo. Cecidit inter  
alios, fortiter pugnās, Ethelerus. Rex ab altera fluminis ripa pugnā cōspi-  
ciens, cum suos paulatim cedere, non paucos etiā cadere cerneret, & impi-  
mis Ethelerū acciperet cecidisse, fugam iniht. Holsati uictores, qui cedi su-  
perfuerāt, Danos, duxere captiuos: multa etiā p̄dā locupletati. A redē-  
ptis aut̄ captiuis, magnū æs comes extorquebat: unde cōtractū æs alienū  
ante plurimū, eluebat. Hæc prima cum Danis Holsator̄ cōflictatio: pre-  
ter eas, quæ uetustissima memoria crebriores, sub Saxonū nomine prēces-  
serunt. Hæc opima uictoria, quæ illos in reliquū animauit: ut, imparibus li-  
cet uiribus, auderent corone se se digladiantes, opponere. Hæc in reliquū  
tempus, uisa est auspiciū prebere sortis amboꝝ, post future. Cōstituit aut̄  
Adolphus comes in finib⁹ ditionis suę, paratā suor̄ manū, ad Eydorā,  
atq; Trauenā: qui limitanei milites, arcerēt finib⁹ hostē, & ad omnē mo-  
tum starēt expediti: si quid uel a Danis, uel a Wādalīs nouaref. Plurimū  
uero laboris insumpsit comes, in edomādis, frenādisq; suis Holsatis. Gens  
erat pridem effrenis, ait Helmoldus, cuius hæc sunt fere omnia, quæ nunc  
percurrimus) & quæ iugū non passa, suo semper sensu ferebatur. Comes  
aut̄ pro singulari prudentia, modeste agēs, frenos illis inięcit: ut facile alia  
facies terre, alij mores hominū cernerent: qui enim pridē sueti erant seuū  
caput abdere laruis, ad excursiones, non dico latrocinia, & deprædantes,  
tendere decipulas, futari, quæ rapere non poterāt, nunc iam mutatis mori-  
bus, reuocasse gradus ad omnia meliora. Comes aut̄ Zuenoni regi per  
intermissos cōciliatur: ne semper sui agerēt in timore. Kanuto ualefaciens  
qui prior deseruit illū ad obsidionē Sleswici, non ante, qđ oportuit, milita-  
ri iure premonitū. Quid enim aliud q̄ ad p̄dā exposuit.

VIII.

comes cōst-  
tituit in finib⁹.  
manū para-  
tam.

comes cōciliatur regi.

Wādalīs re-  
ponūt frenā

Wādalīesse  
re Saxonū  
armis.

Qui populi  
sub Aldib⁹  
geli ecclias.

Andalis per ea tempora, dux Hēricus Leo, frena, quæ abięcerāt,  
paulatim reposuit; ad colligēda & amplificāda tributa. Sacerdo-  
tes aut̄ satagebant reparādē religioni. Duxit aut̄ coniugē primā  
Hēricus Clemētiā, filiā ducis Saringie (alij uocat Lantgraviū Turingiæ)  
inualescens quotidie in gentē Wandaloꝝ: quoties enim se cōmouere, ad-  
mouit illis martiā manū: facile illi semper cessere armis, superati: rari enim  
poterant in acie sustinere Saxonum manū. Interim de religione cura duci  
exilis. Hartwicus aut̄ Hāburgensis archiepiscopus (sic enim illū inscribit,  
etiam ista tempestate Helmoldus) uidens quia pax erat in Wandalia, cō-  
stituit restaurare sedes episcopales in prouincia, quas barbaric⁹ furor euer-  
terat, in Aldenburgo, Racis burgo, Magnopoli: e quibus Aldenburgen-  
sem Magnus Otto prior instituerat: subięcerat ei Polabos, Obotritos, a  
terminis Holsator̄, usq; ad fluuium Panim, & ciuitatem Demin: posuitq;

¶ ij

LIBRI III. CA. VIII. ET VIII.

65

Noīa spō  
Aldēburgen

Magn' Adal  
bert' archie  
piscopus.

Vacat sedes  
ep̄ales annis  
LXXXIII.

Sedes ep̄ales  
instauratur.

Vicelin' con  
secratur eps.

comes tulit  
decimas.

Dux diffi  
mūlat præ  
teritionem.

Henricus de  
Wida fuit  
ep̄o.

ille in Aldenburgo primū pontificem Marconē. Successit illi Eguardus; cui Wago, quartus Ezico, quintus Folkardus, sextus Reginbertus, se- ptimus Benno, octauus Meynerus, nonus Abelinus, decimus Ezo: cuius temporibus presuit Hamburgensi ecclesiæ magnus Adelbertus, vir insig- nis, magniqz nominis apud Summū pontificem, & Imperatore: qui, ut diximus, de peregrinis episcopis, quos multos fouit in mensa sua, Iohan- nem Scotum prefecit in Magnopoli, pro Christo martyre factū: Aristos- nem in Racis burgo: atqz in hunc modum Aldēburgēsem in tres diuisit. Postq ergo permittēte Deo recruduerūt Wādali, exturbantes a se omne Christianū nomen, uocabant hæ sedes annis octuagintaquatuor, usq ad tempora Hartwici archiepiscopi: qui propter generis nobilitatem, dupli- principatu clarus, magno studio enīsus est, pro recuperandis in obediētiā episcopis, suffraganeis, per Daniam, Sueciam, Norwagiam: quos Ham- burgensi ecclesiæ, legationis iure subiacuisse, diu ad plenū ostendimus, in nostra Metropoli. Retraxere autē colla iugo, posteaq singulis in prouin- cijs habere coeperunt metropolitanos: sed cum obsequijs, & uarijs largiti- onibus apud papam, & Cæsarem, nil profecisset Hartwicus, ne omnino careret suffraganeis: aggressus est iam pridem abolitos episcopatus in Wandalia restaurare.

CA. VIII.

Ccitū ergo uenerabilē sacerdotē Vicelinū, Aldenburgēsem eon- a secrat episcopū, cum iam esset etate prouectus, & māsisset in Hol- satia annis triginā. Porro in Magnopoli, ordinauit dñm Emer- herdū: & cōsecati sunt ambo in Rozenuelde, nostri uocat Hartzeuelde, missiqz in terrā ægestatis, & famis. Facta sunt autē hæc duce atq comite inconsultis: unde etiā familiaritas inter dñm Vicelinū, & comitē turbata uidebat: nā ante eum patris loco Adolphus uenerabat; tulitqz comes de- cimas omnes anni illius, que in iure uidebātur noui pontificis. Episcopus aut̄ ducem adjit, cum eo uelut capite, rem trāsacturus: qui illum uenerabi- liter exceperit: sed tñ primū expostulauit his uerbis: Poteram, inquit, pater episcope, hoc nomē in persona uestra non agnoscere, dissimulareqz, q̄ nō dederā in terra ditionis meę, quā patres, & predecessores mei, in sanguine & gladio possederūt: Sed qm̄ sanctitas uestra mihi comperta, semperq probata fuit, atq patribus meis fida semper & obsequens est reperta, pre- teritionis meę iniuriā in persona uestra dissimulo: si tñ in reliquū feceritis quod equitatis iure deposco, ut ex me inuestiturā episcopalē agnoscatis; hoc enim pacto, res uestre non aliter procedent. Vīsum est episcopo uer- bum istud durū: eo q̄ esset preter ius & consuetudinē, de manu laica re- cognoscere pontificatū. Quidā ergo fideliū ducis, Hēricus de Wida vir potens, & militaris, ac amicus episcopi, in aurē dicit episcopo: Facite quod utiliter rebus uestris conducit, complacentes principi domino nostrō, ut ædificantur ecclesiæ in Wandalia, & dirigatur cultus domus Dei in ma- nibus uestris: alioqui frustrabitur labor uester; eo q̄ nec Cæsar, nec archi- episcopus, possit causam uestram promouere, nostro duce obnitente. Vi- detis uniuersam hanc terram esse in manu eius; & unde principatus nisi a

**D**eo! Quid est autē tam grande, quod depositur ex uobis, quod aut de legibus illicitum, aut ex moribus est uerecundum? Quantulum est accipere uirgam de manu ducis, quod ipsum grandem habet honorem inter gentes, ad quas ingredimini conuertendas.

C A. X.

Accipere uirgam de manu ducis.

Controversia de iustitia

Vicelin⁹ incedit paralysim.

Clerici Bremensis cōsilium.

Hominia eccliarum.

Sat⁹ ferre bonos q̄ honoris iacturam.

Impedimentū plantationis ecclesiarum.

Empus hoc erat infaustum, quo Imperator Fridericus I. iam inchoauerat cum Romana ecclesia simile, de iustitiā discepis, controversiam. Tolerabile fuit, ab Imperio feuda temporalium rerū recognoscere: quod hodie quoq; geritur. Sed uoluere principes etiā de personis assumendis disponere, quod ipsum est iuris ecclesiastici. Dux rauit ea controversia, abusq; memoria tertij, quarti, & quinti, Henricos: & peruenit ex hoc Friderico I. ad II. & deinde ad Ottонem. IIII. Post Fridericum autē, II. ea fuit Imperij perturbatio per multos annos, ut facie pontifices ius suū defenderent: & obtineret. Nunc ergo Vicelinus episcopus, cum a duce urgeretur, postulauit sibi permitti inducias, ut delibaret super hoc uerbo: dimissusq; pacifice uenit Bardewicū: ubi mortali tactus egritudine, per dies aliquot est moratus: nam incidit paralysim: in qua ad extremū usq; uitę laborauit. Egritudine autē paulisper respirans, perductus est in uehiculo Falderā: multūq; tēpus eum imbecillitas subtraxit ecclesiastico labori: etatis enim mole grauior morbus accessit. Vbi aut uires ei tante sunt redditæ, Bremā proficiscitur, consulturus archiepiscopū & clerū, super eo, quod dux deposceret: qui omnes una uoce refragati sunt, dicentes: Nihil dubitamus prudētię uestrę, optime pōtifex, esse perspectissimū, quid in ea re expediat: Sed quia dignatur sanctitas uestra participare consilio nostro, non abscondimus quod sentimus. Compertū est, unum hoc esse Imperatoriæ celitudo referuatum: quod magno illi mercati sunt impendio, ut ab episcopis dñi uocitentur: decimas, possessio- nes, & prēdia, in eam rem plurima, sunt ecclesijs elargiti. Vbi aut dux, uel marchio, ubi in regno principatus quātuslibet magnus, qui pontificibus manus nō offerat, recusatus oportune, importune se ingerat, certatim curunt, ut hominia sumat ecclesiarū, & participes fiant beneficiorū ab ecclesia. Vos ergo hunc honorē pessundari patiemini, & infringetis iura, magnis authoribus edita. Dabitis ne duci huic manus uestras, ut hoc exemplo, incipient esse principū serui, qui fuerāt illis semper habiti maiores: nō decet etatem uestrā, honestatis decore maturā, ut per uos incipient abusiones in domo Domini: Lōge sit a uobis uerbum istud. Q; si furor principis effrenatus in uos egerit, nonne satius est ferre bonorum q̄ honoris iacturam? Auferant, si uelint, decimas: occludant uobis, si uidebitur, introitum parochiæ uestræ; tolerabilis est ista molestia: Habetis certe Falderensem domum, in qua tuta interim statione possitis consistere: & pre- stolari cum silentio, salutare Dei.

C A. XI.

Is & similibus uerbis, auerterunt uirum, ne duci cederet. Partiu- riuit sane persuasio hęc, nouelle plantationi multiplex impedimentū: quoties enim pōtifex ducem adiit, interpellaturus de nego- tījs ecclesiæ, & cōuertendorū, ille se paratum respondit ad omnia, quę po-

k iii

poscisset utilitas, si primū sibi debitus honor non posthaberet: alioqui frustra contra fluminis niti impetum. Pontifex autē humilis animo, facile inclinasset animū, ut duci honoris cupido, pro ecclesiē lucro, morē gestisset: si archiepiscopus cum suo clero non obstitisset: nam & ipsi seruientes honori, rebus suis detractum iri putauerunt: nec tantopere fructū in populo, q̄ numerū suffraganearū sedium, quāeritabant: quod in hoc uel maxime apparuit, quia in possessionibus Falderensis ecclesiē archiepiscopus, Vice-lino iam episcopo, multas iniurias irrogauit: demens, & cōuellens aliqua, nec tutū sinens in statione, quā ipse p̄idem deputauerat. Videns ergo ui-  
rum antea magni nominis, defensorē libertatis, & suimet ualde compotē: post acceptū episcopale nomē, quasi innodatū uinculis q̄busdā, & suppli-  
cem omniū: Homo enim pacis suę, in quo sperauit, auertit eū a via cōsilij,  
& pacis, ne illis adhéreret, a quib⁹ poterat ecclesiæ incremētū, puenire. Ita  
loquitur bonus Helmoldus. Fecit ergo quod necessitas indixit: uisitauit ecclesias parochiæ suæ, ministrans plebibus monta salutis, præbēs ei pro ministerio, uicis suę spiritualia, cum tñ ipse meteret ab his temporalia: Si-  
quidem comes decimarę iura tollebat. Dedicatū autē est eo tempore ora-  
torium Cusaline, in Hagerstorp: Sed & ecclesia in Bornehouede tunc est  
consecrata. Venit inde Vicelinus in nouā Lubicā, cōmanentes illīc, cōfor-  
tare: & dedicauit ibi altare Dño. Inde progrediēs, uisitauit Aldēburgū:  
ubi sedes quondā fuerat episcopalis: & receptus est a barbaris habitato-  
ribus terre illius: quorę adhuc idolū Prone erat in honore. Mirū, si non a  
Grecis hoc nomen est traductum, qui prone uocant prouidentiā, qua gu-  
bernatur mundus. Porro, nomē flaminis, qui preerat superstitioni illi, erat  
Myke: Sed & princeps ei⁹ ditionis, de semine Critonis, erat Ruchel: ido-  
lolatra, atq̄ pyrata uiolentissimus. Cœpit ergo p̄otifex annunciare popu-  
lo uerbum ueritatis, qui Christus est, exhortans, ut relictis idolis, festina-  
rent ad lauachirū regenerationis. Pauci autē initio applicuere se fidei, eo q̄  
languor esset fortissimus, & neqdū inclinata essent corda principū ad edo-  
manda pectora rebelliū. Dedit autē episcopus pecuniā celoribus lignorū,  
ad impensas sanctuarij: & cœptū est opus fabrice, ad uallū urbis antiquę,  
quo omnis terra, diebus dñicis cōuenire cōsueuerat, ad mercatū. XII.

Er ea tempora, parauit Henricus dux Leo, expeditionē in Baua-  
riam, in Henricū uitricum suū, fratrē Cōradi regis: qui cum Au-  
striam teneret, Bauariam quoq̄ sibi subdere tēauit. Paratū autē  
proficiisci, adiūt p̄otifex Vicelin⁹ in Luneburgū, rogās, ut semper cōsueue-  
rat, ut opus Dei, in sustinēdo p̄otificatu, pueheret: pindē futurā eius pro-  
fessionem foelicioře. Cui dux, quod ille quoq̄ solebat, referebat: Factu-  
rum omnia quæ poscerentur: si sui quoq̄ honoris ulla ratio haberetur.  
Ad hæc p̄otifex. Pro honore, inquit, eius, qui pro nobis exinanivit, para-  
tissimū se esse, etiā minimo ex cliētulis se subiçere, nō modo tāto principi,  
cui Deus amphorē inter mūdi potestates magnificentiā cōtulisset: & his  
dictis, fecit qđ necessitas impabat: suscepitq̄ episcopatū per uirgā de ma-  
nu ducis. Animęquior inde fact⁹ dux, ait: quia uidim⁹ synceritatē uestrā

Archieps in  
iuriatur epo

Vicelin⁹ ep̄s  
homo pacis

comes tulit  
iura decima  
rum.

Idolū prone

Myke flamine

Henricus Leo  
in Bauariā.

Epatus de  
manu ducis

XII.

LIBRI III. CA. XII. ET XIII.

In id inclinari, quod rectum est, oportet uicissim, nos sanctitati uestre digna prestare reuerentiā, & petitioni uestre in reliquum esse promptiores. Sed quia nunc in procinctu sumus magni itineris, & ordinatio cause uestre, prolixius tempus requirit: damus interim uobis uillā Buzu, quā pertinetis, cum sua pertinētia, Dulzamza: ut edificetis uobis domū in medio terre uestre & prestolari possitis redditū nostrum: tunc, propicio deo, ordinādis rebus propēs intēdem<sup>9</sup>. Rogauitq; presentē Adolphū comitē, ut huic donationi p̄eberet assensum. Cui ille: Ex quo dñs meus flex<sup>9</sup> est ad pietatē, non possum, nec debeo in rigore permanere, sed uotis p̄ijs inclinari. Ergo qd dñs meus permittit ecclesię, ego illi subscribo: adiūciens, dimidium decimę, etiā ante ordinationē, iuribus ecclesię permitto. Profectus autē dux, comiti uicinā Wādaliā cōmendauit. In domo aut̄ ducis omnia gubernabat Adolphus, cum dña Clemētia ducis coniuge, in arce Luneburgi cōmanente: qui respectus eum corā Wādalīs & Danis uehemēter attollebat: ut Danorū reges, de corona cōtendētes, magis, magisq; semper respiceret in Adolphū. Kanut<sup>9</sup> enim tum profugus, apud Hartwicū archiepiscopū cōmanebat: collectoq; interim exercitu cōducto, mouit in Iutiā, in qua maior illi pars procerū & populi fauebāt. Zueno aut̄, exercitu cōparato, nauigauit Wibergū: Ibi expositis copijs, mouit in Kanutū. Collatis uiribus, diu stabat anceps fortuna. Sed tum Saxones, uiribus, & numero minores, cessere: Kanutusq; cū eis, se p̄ipit in fugā: iterūq; profugit in Saxoniam: Inde paulū respirās, ad Phrisios se cōtulit, qui littora tenēt aquilonis: & ibi auct<sup>9</sup> uirib<sup>9</sup>, Zuenonē expectabat. Inde q̄q; ptur bat<sup>9</sup>, rediēt in Saxoniam: Holsatiāq; pertrāsiens, humanissime ab Adolpho excipiebat plurimis humanitatis officijs honorat<sup>9</sup>. Zueno interim in Dania regnabat: sed implicit<sup>9</sup> domesticis, & intestinis laborib<sup>9</sup> Wādalorū excursiones pyraticas nō repressit. Vno tñ prelio, cōprehēsos in Zelādia ita perdomuit, ut laceris uirib<sup>9</sup>, uix ad sua, qui cēdi supfuerāt, rediēt. XIII.

Donatioſ ſit  
ecclēſię.

Alia dona  
tō.

Arae Lune  
burgi.

Saxones ca  
dūt i prelio.

Wādaliſ p  
tatæ.

Exercit<sup>9</sup> in  
oriētales Wā  
dalos.

Cōtrahitur  
familiaritas.

Vm ergo abefset Hēricus dux, bellis implicit<sup>9</sup> in Bauaria, Niclō tus princeps Obotritorū curiā petē ducis, questus est Kiffinos & Circipanos min<sup>9</sup> parere dicto, ppter absentia ducis: opus uideri, ut ostēlo illis exercitu, terreant<sup>9</sup>: ne in mai<sup>9</sup> crescat cōjuratio, conualeſcatq; rebellio. Tum qui p̄efuere cōcilio, Adolphū comitē precibus oneſrat, exercitū cōſribat, & Nicloti uirib<sup>9</sup> auct<sup>9</sup>, moueat in rebelles. Ille par matis aliquot millib<sup>9</sup>: cum etiā Niclot<sup>9</sup>, non cōtemnēdā manū educeret, duxerāt in oriētales, & obuia queq; cōcutiētes, tantū intulere terrorē rebellibus: ut ultro se paratos p̄efarēt ad omnia: tributa & onera nulla recusarēt. Phanum tamen in eo itinere contriuerunt: Tantaq; fuit prospexitas in illa expeditione, ut nihil intentarēt, quod non ex sentētia perficerēt. Tanta disciplina militaris in exercitu: ut uno ex populo, uterq; cōflatus uideretur exercitus: Wandalis per omnia cōtendentibus, se studio, & ordine, Saxonibus coēquare. Ex qua die tanta incessit Adolpho atq; Nicloto familiaritas: ut ſepe in Lubicā, ſepe in Trauemunde conuenientes, per amice agerent, de rebus cōmunibus, de finibus & reliquis rebus,

# LIBRI IIII. CA. XIII. ET XIII.

67

Fonū Lubicē  
crescit.

Hēric⁹ Leo  
in Bauaria.

Hēric⁹ nouit  
simulare.

Cōrad⁹ rex  
obīc. Mcli.

Cēsar cōcor  
dare cōfeden  
tes de Danie  
regno.

Inuestitura  
epat⁹ a rege.

que solēt conterminis p̄stare dissidēdi materiā: memorabili, exēplo unū sentiētes. Que consensio, incredibile dictu est, quātum p̄stiterit nouelle plātationi incrementū: Forum quoq; Lubicē crescebat in singulos dies, & augebātur naues institorē eius. Dñs Vicelinus episcopus incolere cōpit insulā, que dicit̄ Buzu, & habitauit sub fago, quo usq; extruerēt casas in quibus cōsisterēt: cōpītq; illic ecclesiā edificare, in Dñi nomine, & com memoratione principis apostolor̄ diui Petri. Porro utensilia domus, & que sufficerēt curādis aratris, prouidit episcop⁹ de Cuzalina, & Faldera: Initia enim episcopatus, ut pene rer̄ omniū, tenuissima fuere: eo q; comes, alias uir optimus, soli episcopo fuerit mediocriter bonus. Quo tēpore Hēricus dux, Leo, non est prosperatus in Bauaria, q; multi ei obsisterēt principes: presertim Conradus rex frater Henrici, quē Leo oppugnabat. Cernēs Albertus marchio, quia difficultatibus implicaretur dux Leo, ueterē de Saxonia questionē renouauit: tempus esse ratus, nunc agere, quādo ille alibi districtus, adesse non posset: egit occulte c̄m Cēsare, ut ueniens, Brūswicum occuparet. Cēsar, occlusis omnibus itineribus, Henrico Leonī ne descendat: parat se ad descēsum in Brūswicū. Hēricus Leo, ista prospiciens, aut super his cōmonitus ab amicis: simulat se proximū natale dominicū acturū in Suevia: omnes undecūq; amicos inuitās: & hac omniū expectatione crebrescente, ipse cum tribus, clam iter inuadit: & magnis cōtēdens itinerib⁹, quinto die Brūswicū ingredi, letātib⁹ suis sine modo. Cēsar cum ex Goslaria mouisset, accēpit certissimū nunciū, q; Hēric⁹ descēdit. Itaq; dissimulās, p̄fectionis causam redijt in Goslariā. XIII.

Vamdiu uero superat Cōradus Cēsar, qui Henrico restiterat in recuperāda Bauaria, non profecit: sed ubi ille finem uiuēdi fecit: quod erat a Christo dño. MCLI. Fridericus Suevus natus Cōradi fratre Friderico, in regnū subiect⁹ atq; suffect⁹ est, secūdiora omnia fuere Leoni. Is principū cōtrouersiā finire studens, conuentū indixit Imperii, in Mertzburgo Saxonie: eocq; Danor̄ reges, de regno cōtendētes, euocabat. Aderat Kanutus sepe Dania pulsus: quē Henricus Leo perduxit ad Fridericū. Zueno aut̄ archiepiscopi Hāburgensis duc̄tu, pernenit in eundē locum: Et auditis utrincq; causis a Cēsare: res in hunc modū componitur. Zueno a Cēsare coronatur: Kanutus illi homagiū p̄stās, patrimonio & parte ditionis, cōtentus iubebatur esse. Hoc erat quod diu Cēsares conati sunt, reges sub Imperiū mittere. Aderat Vicelinus cōuentui: & cuncta que gerebātur uidit, audiuitq; Henricus autē dux, & Albertus marchio cōciliari non poterāt, q; ambor̄ animi intumuissent, & noui regis authoritas, necdū bene cōualuit. Suasit tum archiepiscop⁹ Vicelino, ut de manu regis inuestiturā episcopatus sui acciperet: non tam regis honori, q; ducis studens detrimēto. Reuersus inde Vicelinus, propter dissensionē archiepiscopi & ducis, p̄ficere nō potuit. Agebat aut̄ de ecclesiē sue iuribus, & predijs, olim deo dicatis. Reperit ubi redijt Tiadmarū eleemosynariū, de quo supra, emigrasse, uirū incōparabilem: qui relicto decanatu Bremēsi, post Vicelinū abibat: ut illi cohereret, multis in Holsatia clas-

rescens uirtutibus, per annos decē: que res incōsolabili dolore animū percussit pōtificis; ut & ipse q̄q; paralyſi dissolutus, diu iaceret elinguis: Dñi flagellū male interpretātibus, qui affuere: quasi a Deo uidere derelictus: cum magis illi in tētatione ille prouētus statueret: quo morbo duob⁹ annis & dimidio, ante exitū laborabat. Cum in Buzona nouissimū offerret sacrificiū, appellās populū, cōsolabatur: promittēs breui futurū, ut ecclesię status conualeceret. Quia in re deprehensum, futura prænosse Vicelinū, gratia prophetie.

C A. XV.

Flagellum  
uiri sancti.

Ocāt erat illud tēpus, quo Hēricus dux, Leo, sentiēs incremēta nouē urbis Lubicæ, importare maxima Bardewico detrimenta: cum mercatores Lubicā peteret, maritimā urbem, priore relicto emporio. Interpellabat ea de re comitē: Duo sunt, inquit que magno rē mearū detrimēto, tibi uident̄ accedere: bene feceris, si ad equitatē respiciēs moderari rem pro dignitate patiaris: Lubicā, dico, nouā urbē, & salinam tuā in Todeslo, que mihi non mediocriē afferūt rē mearū iacturā: cum in tuā urbē mercatores pene omnes cōmigrēt, ueteri deserto emporio, & salina mei iuris, sub Luneburgi arce nuper reperta, tuo sale, nīmū uilescit, in uesto: equū fuerit, mediā nobis urbis tuę ditionē permittere, & itidē salinę dimidiū: ut in reliquū tēpus, nulla sit nobis posterisq; nostris, controvērsie materia. Cum comes non annueret, sed oraret, ut fortunę suę, quam illi miserator Deus permetteret, non inuideret. Dux mercatorib⁹ suis adiutum Lubice interclusit, interdixitq;. Insuper uenas saline Todeslo, ita immis̄ aliūde aquis, interturbauit: ut exilis inde fruct⁹ esset. Quo etiā tempore, in ecclesia Raceburgēsi, ordinat⁹ est episcopus Euermodus, prepositus de Magdeburgo trāslat⁹: deditq; ei comes Polabor⁹ Hēricus, habi- tandā insulā apud ecclesiā: assignauitq; trecētos mansos ecclesię, in perpetuū se ruituros: Insuper decimas integre permisit ecclesiā. Pro dimidia ue-

Lubica B̄r  
de Wico de-  
trānētū af-  
fert.Salina in  
Todeslo.Lubice adit⁹  
prohibetur.Donatio ec-  
clesię facta.Alia donatio  
ecclesię facta.Moritur Wa-  
dalor⁹ ap̄lus

ro acccepit ab episcopo beneficū, factus ei feudarius: ut haberet ecclesia suū defensorē: qđ rē nouitas uidebat deposcere. Aderat huic tam solēni donationi, Adolphus comes Hollatię: quē intuit⁹ Ludolphus in Cusalia prepositus, dixit: Cernis optime comes, nobilis uiri largā in ecclesiā benedictionē: predecessit exēplo nobilis nobilē, cōmōstrās, quid tu quoq; debas ecclesię Aldēburgensi: in quā rem te, ut cōfidim⁹, prop̄sum, inclinat nativa pietas: ut Dño, cui⁹ est terra, & plenitudo eius, uel parū aliquid de magno refundas: hortat̄ literarę, que te ornat, insignis eruditio. Nec cunctatus Adolphus, trecētos quoq; mālos permisit duci: ut per manū ei⁹ as- signent in dotē ecclesię Aldēburgēsi. Facta sunt hęc uiuente adhuc Vicelino, licet in extremis agēte. Aberat dux in Italicā expeditionē, cū Roma- norū rege profect⁹: cum episcop⁹ ille anno Christi, MCLIII, pridie Idus Decemb, ad Christū emigraret, Wādalor⁹ uer⁹ apostolus. Tumulat⁹ est in Falderēsi ecclesia, presente Raceburgēsi episcopo, & diuinū officiū pa- gente. Multa aut̄ sunt, que ei⁹ uiri sanctitatē p̄cipuā cōtestātur: uisiones fratribus, & sacris uirginib⁹ ostēs in trāsitu eius, indubitata cunctis fęce- re beatū uiri gloriā. Etenim quis dubitet regnare cum Christo, decedentē

mundo, quem tanto zelo, tam eximia difficultate, & diuturna barbarorū conflicitatione, meminisset laborasse pro ipso: ut uerus Wandalorū apostolus, & fundator Christianismi, in occidua eius gētis regione, iure optimo prediceſ. Nos uero Wandalię res prosequamur. XVI.

Vanq̄ non alienū sit a Wandalię rebus, si narrationi rerum eius, q̄ intexam' uitā, mores, & exitum beati uiri, & præcipuā gloriā sui prædicatoris: cui⁹ meritis, & instātię, debet hic angulus, q̄ Chri-

**Helmold⁹ de Tiadmaro** stian⁹ est. Libet autem premittere testimoniū Helmoldi, de Tiadmaro, incō- parabili uiro: qui adiutor fortis & dulcis erat Vicelino, cōsolator in omni aduersitate, & labore: & qm̄ prior abierat, prius a nobis cōmemorandus est uerbis authoris memorati. Erat Tiadmarus in omni cōuersatione sua uiuissimus, omni semper honore prosequēdus; nemine suo tempore uisus est habuisse cōparem. Ut enim de uita ei⁹ quiddā, uel breuiter summatimq̄ perstringā: Ante cōceptū matris sancte reuelatus, ab ipsis cunabulis mā- cipatus est altaris ministerio: cōmēdatusq; bono magistro discipulus optimus, perseverauit in disciplina, usq; ad uiriles annos: Discipulus Vicelini in Brema, socius in Francia: sustinuit iugū magistri cum patiētia. Post reditū autem ex Francia, cum abiret Vicelinus in Wandalię, ueluti sublato pædagogo, relictus est sibimet. Qualis igitur apud Bremā in regēdis scholis qualis fuerit in decanatu, dixerint Bremenses: Hoc nobis cōmemorasse sit satis: quia post digressum eius ad Holsatos, lumen subductum sensit sibi Bremensis ecclesia: idq; uoce sua Brema cōtestatur. Trāslatus ergo in Fal deram, ob melioris uitę desideriū, magnū attulit gaudiū, de sua presentia dño Vicelino. Sed & omnibus, quos angulus iste horroris & uastæ solitudinis cōtinebat, noua quedā facies est exorta, de tanti hospitis aduētu. Post aliquot annos, dilatante Deo fines ecclesiæ, missus Cusalinā, quæ & Hagerstorp, incolis nouę habitationis, magna per eum accessit cōsolatio. Pictatis im- Comes eum reuerabatur.

mensa. Captiuis enim, & despoliatis, tanta pietate cōdoluit, ut largitatis eius magnitudo, uires domus illius longe exuperaret: Inter orandum autem, & legendum, aures eius semper uigilabāt, ad ostium suspensæ, si peregrin⁹, si egenus quispiam adesset. Eius autem incredibilis miserationis, singulare supra ostendimus documentū. Reuerebatur eum comes Adolphus, q̄ quis redargueret culpas eius, nec parceret delinquenti. Duritiā enim cordis, quam præferebat, Vicelino pontifici, uenerabilis iste sacerdos, adhibitis uerborum emplastris, suauiter emollivit. Et licet omne medicamentū, altior auariciæ morbus euicerit, audito tñ eo multa faciebat, sciens eum uirum iustum & sanctum. Expletis ergo in hac terra annis decem, infirmitate corripitur, absente Vicelino, & apud Martipolim posito. Cum ergo fratres lecto egrotantis assidentes, spem recuperandæ sanitatis illi pretenderet, ille cum magna recusatione aiebat: nolite fratres mei charissimi, presentis uitæ dilationem inaniter mihi repromittere: nolite spiritum meū de peregrinationis fatigio, ad patriam tendētem, eiusmodi uerbis affligere: Ecce iam suut anni decem, ex quo uitā meā sub huius professionis titulo, protrahi rogaui & exauditus sum; nunc tandem requies laborę oranda est: & confido de

Auerſatur optātes ſibi uitam.

## LIBRI III. CA. XVI ET XVII.

Solita pietate Dei, quia nec hac petitione frustrabor. Augebatur ergo tot  
siones, uitalium scilicet defectione, corporis uigor interioris hominis emar-  
cuit. Completum est in eo, illud Salomonis; Fortis est ut mors dilectio, flu-  
mina & ueti, non poterat extinguere eam. In moriente ergo uiuebat chari-  
tas; que in exhausto corpore integrabat affectum praebentem fratribus solatiu-  
m de merore. Consiliu in rebus ambiguis: morum edificatione imprimentem  
cordibus amicorum, nouissima quedam uestigia nunquam abolebatur.  
Sed nec immemor dilectissimi patris sui Vicelini, orabat intime uias eius a  
Deo dirigi: per hunc sibi uiam salutis, & spem regni, patefacta multoties  
co-gratulans. Veneratus ergo ad egrotum, fraterna solicitudine, prior Falderen-  
sis ecclesie, Eppo, & Bruno sacerdos: & post uisitationis obsequium, exhibu-  
erunt ei sacre unctionis ministerium: Quo uenerabiliter percepto participati-  
one nihilominus uiuifici corporis Domini communis, perseverabat in gratia  
et actione. Nocte igitur qua uigilia Pentecostes obuenerat, per uigil in  
oratione precibus invitauit angelos: Suffragia sanctorum interpellauit omni-  
um: Iamque recedente anima mouebatur adhuc in oratione, lingua in laudis  
confessione. Hec interim ad uerbum de eo uiro nostri sunt Helmoldi testi-  
monia, quae eo posui consilio: ut uideat posteritas, quibus tum uiris terra  
floruerit.

CA. XVII.

Viuisti morte  
charitas.Mors optan-  
da.

**H** solebat Lutbertus frater qui militiam huius seculi seruitute dei con-  
mutans, cum famulo dei Tiadmaro, pauperum, qui erat in hospitali,  
curam gessit. Hic tempore quodam uisitans Falderam, uultum pretendit solito tri-  
stiorum, atque lachrymis suffusum. Interrogatus causam molestiae, respondit:  
Merito se tristari, qui patris amississimi breui esset solatio destituendus: Fa-  
tetur nihilominus, de his, non somniantem, sed uigilantem, diuinitus esse com-  
monitus. Nec longe post predicationis uerbum, uelox sacerdotis obitus est  
subsequitur: Fratresque, quos intimus uiri affectus, flere coegerit, reuertentes ad  
cor, hauserunt spem & resumperunt spiritum consolationis, memores oraculi.  
Vbi ergo renuciatum est, in Faldera de obitu eius, statim miserant nuncios  
ad transferendum corpus: eo quod ipse deceperat, hoc attentius orauisset: quod  
tam uenerabilibus fratribus, Theoderico, Ludolpho, Lutberto, & ceteris,  
qui illic degebant, nullatenus persuaderi poterat: ut sinerent dicentibus  
cunctis: Omnes se malle mori, quam tanto pignore priuari, quod Wagriensi eccle-  
sie, nouiter coepit, futurum esset, honori & solatio. Cofluenter ergo de Ze-  
geberge, & de uicinis opidis fidelibus populis, corpus sanctum terre commu-  
natum est, cum multa pauperum lamentatione, quod optimo patre destitutos se  
quererentur. Magnificetur ergo Dominus in sanctis suis, qui uirum hunc  
prefecit, se dignum sacerdotem, consummatum, uocatione felici. Vicelino tamen  
redeuti de coetu principum, quod multa fuerint aduersa: nihil tamen grauius tulit,  
quam sancti uiri decessum: quo adhuc superstite, tolerabiliter uidebatur, omne  
quod urgebat: Afficiebatur ergo fastidio uite per singulos dies, quae suit  
consolantem se, & non inuenit. Transactis autem posteaque a curia rediit paucis  
diebus, uenit Buzonam quo domum & ecclesiam coepit instruere, & plebis ibi

Prædictetur  
mors.Recusat  
corpus de  
functu.Buzonem eru-  
itur ecclesia.

# LIBRI III. CA. XVII. ET XVIII.

69

Pauorlatro  
num.

aggregatis, præbuit uerbū salutis. Iam enim circumiacētes agri incolebātur, cum opidis, a Christicolis; sed cum grādi pauore, propter insidias latronū. Arx enim Plunēsis necdū restituta erat. Cōsummās ergo pōtifex sacra mysteria, & offerēs Deo nouissimū sacrificiū, pronus adorauit in terra, corā altari Dñi; orās fortissimū Deū, ut cult⁹ ipsius propagaret, tam in eo loco, q̄ in uniuersa latitudine Wādaliæ. Multoties autē hominibus aduenis inter exhortatoria uerba presagiebat, cultū domus Dei sublimē breui futurū: & ne deficerēt animis portantes, duram patientiam, in spem temporum meliorum.

CA. XVIII.

Eps paralyti  
tactus.

Obloquatio  
nesa

Duob⁹ s̄ni  
in lecto.

Temp⁹ obi  
tus Vicelini.

Aledicēs ergo uenerabili sacerdoti Brunoni, & ceteris, quos eiusdem loco præfacerat, & cōfortans manus eorū in Dño, reuersus est Falderā: ubi intra septē dies, correptus uirga Dñi, adeo paralysi destitutus est, ut manus eius & pes, totū deniq̄ latus dexterū, exaruerint: quodq̄ omnibus miserabilius, priuatus est officio lingue. Cōturbati sunt hoc spectaculo cuncti, qui uiderāt, uirū incōparabilis facundię doctorē p̄cipiū, exuberantē uerbo sacrē exhortationis & ueritatis predicatorē egregium, subito lingua, manib⁹q̄, destitui, & per omnia fieri inutilē. Q̄ dissone ergo fuerint multorū sentētie, q̄ temeraria multorū nominetenus religiosorū iudicia, piget reminisci, nedū uerbis, p̄sequi. Dicebant, quia Deus dereliquit eum, nec intēde bāt scripture dicēti: Beatus qui corripit a dño. Dolebāt autē irremediabili afflictione omnes, qui erāt in Faldera & Cusalina: Maxime tamē hi, qui in has terras dūdū cum eo puenérāt, & cōsenerāt cū eo, sub pōdere diei & ęstus. Adhibebat autē egroto medicorū opera inefficax: prouidēte diuinitate meliora de eo, & uiciniora salutis. Dissolui enim, & esse cum Christo multo melius. Duob⁹ igitur annis & dimidio uersat⁹ est in strato egritudinis suę, nec sedere, nec iacere, cōtentus. Curabatur autē impēsius fratrū diligētia, pr̄bentiū ei necessaria corporis, & ad ecclesiā eum deferentiū. Nunq̄ enim missarę solennijs, uel cōmunioni sacrę uoluit abesse, nisi forte ualetudo grauior detineret. Tantis autē Deū gemītibus, & interno cordis clamore cōpellabat: ut aspiciētes uix a fletu temperauerint. Gubernabat interea domū prior eiusdē loci, uenerabilis Eppo, uir magni in Christo meriti. Porro Cusalinā, & ecclesiās, quę in Wagria erant, regebat dñs Ludolphus, qui olim in Lubica, multis propter euangeliū Christi, pertulit labores. Huic prepositurā Cusalinę, dum adhuc uigeret, cōmendauit episcopus. Cum autē dux in Italia cū Romanorū rege lōgius abesset, Vicelinus diē clausit extremū. Obiit autē pridiē idus decēbris, anno quarto & quīnquagesimo post mille centūq̄. Sedit in episcopatu annis quincq̄, hebdomadibus nouē: Corp⁹ tumulat⁹ est in Falderēsi ecclesia, qđ necdū cathedralis esset instructa.

XVIII.

Ortuo igitur, immo ad meliora translato, Vicelino: agebat impenitus memoria boni patris, tam in Faldera, q̄ Cusalina: fuitq̄ prefixū curatorib⁹, quid singulis daretur diebus in eleemosynā pro remedio anime salutari. In Cusalina autē erat sacerdos quidā Folcarius nomine, minister mense, qui primus ad Falderam, cum dño Vicelino

## LIBRI III. CA. XVIII. ET XX.

aduenerat, industrius in rebus forensibus. Hic ergo eleemosynas, pro boni patris anima constitutas, dare aliquem neglexit: parcus in rebus, supra quod ne cesset, quod forte non necessarium duceret, pro beato dare ad suffragia quicquam. Apparuit uenerabilis pontifex mulieri cuiusdam constituti in pago Zes geberge, circuncinctus cultu sacerdotali, dixitque ad eam: Vade & dic Vol cardo sacerdoti quia impie agit in me, subtrahens ea, que pro remedio anime meae, fratribus mihi deuotio supputauit: Cui mulier: quis inquit, domine uitam uobis & lingua restituit? Nonne fama latius percrebuit, uos multis diebus & aliquot annis, lingue officio destitutum: postremo etiam morte defunctus? Quan ille blandus uultu consolans, pre gaudio fletem: ita est, ait, ut loqueris: sed hec melius instaurata nunc ecce reccepi: Nunc ergo memorato sacerdoti: ut celerius suppleat quod retraxit: Quinetiam hoc adiungas, ut nouem post me expleat officia. Et his dictis disparuit. Vbi ergo hec nunciata sunt sacerdoti, abbat Falderam, consulere super hoc uerbo. Interrogatus autem, culpa confitetur, iuxta sermonem viri Dei: promisitque emendationem. Porro de nouem officiis, post eum, a sacerdote complectis, diuersa commentatibus, ueritas persimilis incognita: sed rei eventus, uerbū quod latebat, aperuit. Idem enim presbyter, nouem post episcopū hebdomadibus uixit solis; declaratusque est septimanas officiis presignatas. Vir clarissimus Eppo prepositus, pontifici proxime reuerentia ualde familiaris, inconsolabili lugebat, sancti patris obitum: Quod cum multis diebus ageret, sepe dicitur pontifex, uirginis cuiusdam castitate & simplici in somnis astigit dicens: Dic fratri nostro Epconi, ut cesseret a fletu: quod & fletibus eius condolere: Ecce enim lachrymas ipsius in uestibus meis porto; Dixit, & ostendit ei uestem niuei cædoris tota lachrymis infusa.

Apparitio  
epi mortui.

Nouem offi  
cia totidem  
hebdomadeg

Lachryme  
maculæ.

Supestes in  
Faldera.

Oculi in coe  
lū deportati

Videlicet de illo cuiusdam notissimo, cuius suppressum nomine. Ita enim placuit, eo quod adhuc superstes sit in Faldera, cupitque latere. Hic post mortem pontificis, nondum expletis triginta diebus, audiuit eum in uisione dicente: Depositum sibi requiem cum famosissimo illo Bernardo Clarenallensi: cui cum diceret, utinam uos essetis in requie: Ille respondit: Sum dei gratia & uos quidem credidistis me mortuum: ego autem uiuio, & semper postea uixi. Grata profecto, nec onerosa, fuerit lectori unius adhuc facti narratio: quam in laude Dei, & comedatione pontificis gesta, multorum probat testimonio. Erat in Falderensi parochia, in villa, quem dicitur Horgene, matrona quedam Adelburgis nomine, pontifici propter uitam simplicitatem admodum familaris: Hanc postmodum luminibus orbatam, uenerabilis pater consolari frequenter solebat: adhortans, & comedonefaciens, uirgam paternam correptionis patienter sustinere, nec deficere in tribulationibus, nam oculos eius in celum esse deportatos. Post transitum ergo pontificis, uix annus est emensus: uidit mulier coeca in uisione nocturna, assistente sibi Vicelinum, & de statu salutis eius solicite, percunctantem. Cui illa: Que inquit, mihi salus quem in tenebris sum, & lumine non aspicio: ubi quoque domine consolationes tuas, quibus oculos meos dicebas in celum premissos: ego autem protrahor in hac miseria & coecitas inuenitera perduratur: Noli, ait ille, diffidere de gratia dei nostri: Statimque pretedens dexteram signum uenerabile crucis oculis eius impressit, adhibens benedictio-

LIBRI III. CA. XX. ET XXI.

Cœca illum  
nata.

Versus in  
laudē Ep̄i.

Electio ep̄i  
ad ducem.

Fama notus  
promouetur  
ad ep̄atum

Archieps ad  
uersat duci

Arches ep̄i  
muniuntur.

Ecclesia per  
sonis uacua.

onē & abiit. Mane ergo factō euigilās mulier, sensit ex operatione diuina, cum noctis tenebris trāsisse noctis suę cœcitatę. Tum exiliens, e strato mulier prona cecidit in terram, exclamās, in gratiarę actionē, & dedignata cōsuetū duce, proprios direxit gressus ad ecclesiā. Pulchrū de illuminatiōne sua p̄ebēs spectaculū, omnib⁹ notis, & amicis: fēcitq; postea de manu propria uelū, ad operiendū sepulchrū beati p̄otificis, in testimoniū, & monumentū suę illuminationis. Multa quidē & alia fecit deus per uirum hunc mirabilia, digna relatu, quę nō sunt scripta. Igit̄, Faldera pontificis magno lēte honore, uirtutes animo contegat ossa solo.

XXI.

Ost trāsitu Vicelini episcopi, fratres de Faldera recesserūt a subiec̄tione Aldenburgēs ecclesie: quippe, cui nunq; suberāt, & elegerūt sibi prepositū Epponē, uirū memorabilē. Porro episcopalis electio & assumptio duci est reseruata, sciētib⁹ cūctis, quātū fuerit labo ris Vicelino, ad recōciliationē: p̄esertim, cū necdum esset constitutū eius ecclesie solenne capitulum. Geroldus interea quidā, e Suevia natus sacerdos, Brunswico, agebat scholis prefectus, uir cui in literis rar⁹ se audebat comparare: ducis absensis cōiugi per famā notus, opinione caste ac sacerdotalis continētię: cui etiā deuotio inerat, se aliquā in cœnobiu Redagelhusen, cui germanus eius abbas preerat, conferēdi. H̄erebat autē in curia dicti ducis, magis corpore, q̄ animo. Vbi ergo fama uulgauit Vicelinum episcopū emigrasse: fœmina princeps, Geroldū alloquitur. Si tibi inquit, propositū est Deo seruiēdi, ut ferūt, in austerritate uitę assume tibi labore utilē, & lucrosum: proficisci in Wandaliā, & sta in opere, in quo diu fuit Vicelinus episcopus: Hoc enim faciēs, & tibi & multis proderis, ad frugē uitę melioris. Sciēs aut̄ uir Deo deditus, quid esset, labore non recusauit. Accersiuit ergo per literas dñā, Ludolphū de Cusalina prepositū: Cōmēdatūq; sacerdotē, trāsmisit cum eo in Wagriēsem terrā, ut eligere p̄ episcopū. Accessit cleri populiq; facile cōsensus: p̄cessit enim uirū fama boni testimonij. Aberat tum forte archiepiscopus, qui consecraret electum: Ille enim duci ab initio aduersat⁹, ob causam, quā in Saxonīa dixim⁹, de Stadē comitatu: tum uero crescebat uehemēter, indignatio in alterutrū: eo qđ dux occupat⁹ esset expeditione Italica, & cōmunitę sunt aduersus eū arces episcopi: Stadē, Fordē, Horeborg, Friburg. Nam & oriētalī Saxonię principes, & qdā de Bauaria, cōspirationis, ut ferebat, gratia cōdixere colloquiū: Euocatusq; archiepiscopus, occurrit eis in saltu Bohēmico: q̄ postea redditū maturate, male sibi timēs a ducalib⁹, nō audebat itinere suo redire in parrochiā: māsitq; toto pene anno in orientali Saxonia. Surgens ergo elect⁹ Geroldus, abiit post eum in Saxonīa, quę sitq; reperit apud Martipolim, Aldenburgēsem episcopatū in alterā trāsferre personā parā tem. Auditō aut̄ Geroldi aduētu, perturbatus animo cōcepit irritare factā de illo electionē, immaturā ecclesiā, & p̄sonis adhuc uacuā, sine sua authōritate, permissioneq; nec eligere, necq; decernere quicq; posse: At ex aduerso respōsum est: Ratū esse opus electionis, quā p̄fecisset postulatio principis; cōcordia cleri; aptitudo persone. Tunc archiepiscopus: nō est inquit

## LIBRI III. CA. XXI. ET XXII.

huius temporis, uel loci, taliū explanatio: Expediet hanc causam, cum redierō, Bremēse capitulo. Videns ergo electus archiepiscopū sibi aduer-  
santē, remisit Ludolphū prēpositū ad eos, qui secū uenerāt in Wagriam:  
Ipse uero abiit in Sueviā, designatur duci per nūciū de statu suo: Cui dux  
celerius remādauit, ut properaret in Lōgobardiā, pcessur cum ipso Ro-  
mā. Quo properāte, incursatus est a latronibus, & amissio uiatico, percus-  
sus etiā est gladio in frontē: Nec his remoratus, uir estuātis animi, profe-  
ctus est itinere cōcepto, pueniensq Terdonam, ubi erāt castra regis, beni-  
gne suscipit a duce, & amicis eius. Ea capta ciuitate, rursus, pgrediunt Ro-  
mā: Ibi multis ante peractis, quē in Saxonia dixim⁹, ea fuit opera ducis, in  
obsequiū summi pōtificis: ut quis propter literas archiepiscopi, quē preue-  
nerant, in urbem auersatū summū pontificem inueniret: tñ propter singu-  
larem tum ducis operā, placentem pontifici, consecratus est Romę Gerol-  
dus de summi pontificis mandato.

CA. XXII.

Elect⁹ i ep̄m  
Gerold⁹ sp̄o  
liatur in uiaGerold⁹ Ro-  
me cōsecrat.

Piscopus aut̄ iam cōsecrat⁹, accepta a duce licētia, se contulit in  
e Sueviā: ubi uenerabiliter ab amicis suscep⁹ & per dies aliquāt re-  
tētus diuertit in Saxoniā: Inde trāsmisso Albi, uenit in Wagriā:  
ingressurus uineā Dñi: & in ea labore arripiēs, cui se deuouit, Deniqz in-  
gressus episcopatū, non inuenit stipēdia, quib⁹ uel ad mēsem sustētari po-  
terat: Siquidē Falderēsis domus, post mortē beatę memorię Vicelini epi-  
scopi, cōmodo simul & quieti cōsulens (sic enim interpretat̄ Helmoldus)  
ad Hāburgēsem ecclesiā sese trāstulerat. At Ludolph⁹ prēposit⁹, cum fra-  
tribus in Cusalina, satis sibi esse putabāt, ut episcopū ingredientē, & egre-  
dientē, hospitio exciperēt: Sola dom⁹ Buzow, stipēdijs episcopalib⁹ deser-  
uiebat: uacua admodū & inculta. Visitās ergo episcop⁹, & alloquēs filios  
ecclesiē suę reuersus est inde ad Albiā, loquitur archiepiscopo apud Sta-  
diū: Quē cum archiepiscop⁹ per fastū elationis diutius, ptraheret, essecqz  
difficilis admissio, dixit Geroldus ad abbatem Reddagehusen, germanū  
suū, & eos qui secū uenerāt. Quid hic stam⁹ fratres: eam⁹ uidere faciē ho-  
minis, & nihil morat⁹ ingressus est ad eū: acccepitqz osculū sine uerbo salu-  
tationis. Ad quē Geroldus: Mihi, ait, cur reticet maior meus? Expectādū  
mihi scio, ut prior loqueret, potestas maior, sed quia p̄tinaciter sileſ, ueniā  
mereor, silētiū rūpens: Quid peccauit ut salutationē demeruerim: demus,  
si placet, arbitros, qui iudicēt inter nos: Veni, ut scitis, Martipolim postu-  
lare benedictionē, & renuistis: Necessitate ergo inductus, abiit Romam,  
impertraturus ab apostolica sede, quod hic recusabatur dari: Iustior mihi  
apud æquos iudices succēendi est ratio, q̄ mihi onerosa ista proficisciēdi  
imposta est molestia: Ad quē archiepiscop⁹: Que, inquit, tam ineuitabilis  
causa uos Romā ire cōpulit, ad subeundū uie labore, & impēsas: An quia  
extra prouinciā posit⁹, uestrā postulationē, ad faciē ecclesiē nostre distuli?  
Distulisti ait episcop⁹, tāq infirmaturi causam meā: hoc enim ut uerū fa-  
tear, uerbis deprehēdi nō obscuris: Sed gloria Deo, qui pfecit nos in mi-  
nisterio suo, laboriosa siqdē, sed grata assequitione. Tunc archiepiscop⁹:  
Apostolica inquit sedes, potestate sua, cui certe obniti non possum, usq est

Dom⁹ Bu-  
zow e pōstī  
pēdium.Archiep̄s de  
fastu elatio  
nis taxatur.Veniāmeret  
silētiū rūpēs.Nō obniten-  
dū ap̄licē se  
di.

LIBRI IIII. CA. XXII. ET XXIII.

71

in consecratione uestra, que ad nos omni iure spectabat: Sed huic iniuriæ rursus prouidit remediu, designando nobis per literas, nihil in hoc facto auctoritatî nostrâ de uestra subiectione subtractu. Ad hæc respôdit Geroldus: Scio quidem, nec diffiteor, hoc ita esse, ut dicitis, & idcirco huc ueni, ut exhibeam me in his, que digna sunt uobis: ut sopianâ discordiæ, & instaurenâ ea, que pacis sunt: iustu qç arbitror, ut nobis, que subiectioris sunt exhibetibus, prouideatis sustentationis adminiculū: Militatibus enim stipezia quis neget? Et his dictis, in mutuâ gratiâ redierunt, promittentes alterutru, in necessitatib⁹ opē uicariā. Inde digrediens Geroldus episcopus, abiit Bremā, occurserunt duci: Eā enim ciuitatē, uelut suā, dux ipse tenebat, ex causis, quas in Saxonia cōmemorauimus. Dux ea tempestate, infensus Phrisonib⁹, qui dicuntur Rustri (Sunt autem, qui ad Iadam fluuiū accolūt) uenit Bremā Calend. Nouemb. & iussit teneri Phrisios eius generis, quotquot ad forū uenerant, & substâtias eorum diripi. Interrogat⁹ autem a duce presul Geroldus, quomodo illū excooperit archiepiscopus, rem omnē uertit pro sua prudētia in faciē meliore: & studuit lenire ducis animū ad illū. In ueterate enim cause dissidij, que diu suberat, eo tempore, inuenierat locū disgrassandi: eo q̄ archiepiscopus omisisset Italica expeditionē, uiolator perinde habit⁹ præstiti Imperio iuramēti, & perinde re⁹ Iesæ maiestatis: Cui⁹ rei uindicē, ab Imperatore, se ferebat dux Hēricus. Qua de re Bremā uenies, occupauit omnes curtes episcopales, & quæcumq; reperit episcopi, addidit fisci iuribus. Idem factū est Vdalrico Halberstadensi episcopo. Rede untem ergo ducē Brunswicū, abiit Geroldus, & egit cum eo festū Dñici natalis: Quo expleto, rediit in Wagriam, assumpto germano suo, abbate de Reddagehusen. Abiit Aldenburgum, acturus diem solennē Epiphaniæ, in loco cathedrali.

CA. XXIII.

Gerold⁹ adiit  
ecclesiā suā.

XX. fercula  
in cōsuio.

Wādali alas  
cres erga ho  
spites.

Venialia fu  
ari & latro  
cinari.

Enīēs ergo Geroldus episcopus in ecclesiā suā brumali tempore, inuenit urbē desertā penitus, non habentē mœnia, derelictā habitoribus: Sanctuariū parvulū, quod beatę memoriae Vicelinus erexit. Illic in asperrimo frigore, inter montes niuum, peractum est sacrū officium. Auditores nulli de Wandalis, præter Pribislaum, & paucos alios. Expletis sacris mysterijs, rogauit Pribislaus diuertere pōtificem cum suo comitatu in domū eius, quæ erat in uico distantiore. Venīētem suscepit alacritate plurima, fecitq; conuiuiū lautum: mensam appositam uiginati fercula cumularunt. Inde experimento compertum est, quod ante fama uulgante inter omnes percrebruit, quia nulla gens urbanior Wandalis in hospitalitate: In colligendis enim hospitibus, omnes, quasi ex una sententia alacres sunt, ut nec hospitium postulare permittunt, ultro offerentes. Quicquid in agricultura, punctionibus, seu uenatione conquerirunt, totum in largitatis opus conferunt: eo fortiorem quæcq; quo profusiorem, iactantes. Cuius ostentationis iactantia, multos ex his ad furta, & latrociniā contrudit: que utiq; uitiorum genera apud eos quidem uenialia sunt: excusantur enim hospitalitatis palliatione. Wandalorum enim legibus accedens, quod noctu furatus fueris, crastina hospitibus disparties. Si quis ue-

Militatibus  
nō neganda  
stipendia.

Rustri Phri  
sones detinē  
tur.

Eps ducis  
aīm lenire  
studet.

Dux i archi  
ep̄m tāq; la  
s̄ maiestatis  
reum.

## LIBRI III. CA. XXIII. ET XXIV.

ro, quod rarissimum est, peregrinum hospitio dimouisse deprehēsus fuerit, huius domū, & facultates, diripere, uel incendio licet cōsumere, atq; in id omniū pariter uota conspirāt; Illum ingloriū, illum uilem & ab omnibus protinus exibilandum, dicentes, qui hospitiū panem negare non timuisset. Manentes autē apud regulū nocte illa, cum die ac nocte subsequenti, trāsi erunt ad orientem, ascendentes in ulteriorem Wandaliam, hospitati apud potētem quēdam in gente, cui nomen Tassemar, is enim illos accersierat. Accidit autē, ut in transitu nemus offenderet, quod unicū est in terra illa: tota enim in planiciem sternitur: Illic inter uetustissimas quercus, uiderūt sacras, ut uocant, arbores, quę dīcate fuerant deo terrae illius Prone, quas ambiebat atrium, & seps accuratior, lignis extructa, cōtinēt duas portas: Præter penates enim, & opida, quibus singula, ut putabant, numina inerant, locus ille genti sanctimoniuū fuit, & uniuersæ terræ: cui flamen, & feriæ, & sacrificiorū uarij ritus, dedicati fuerant: Illuc omni die Lunæ cum regulo, populus, & flamen, conuenire solebant, propter iudicia. Ingressus atrij omnibus interdictus, præter sacerdotem, & sacrificij causa ueniētes, uel quos mortis urgebat periculum (erat enim cōstitutū miseris asylum) Tantam enim sacris suis Wandali exhibuere reuerentiā, ut ambitum phani, nec hostium sanguine pollui sinaut: iurationes difficillime admittant. Nam iurare apud illos est quasi peierare: ob uiūdicē deorū iram. Est autē genti multiplex idolorum cultus: non enim omnes in eandem superstitionis consuetudinem consentiunt: hi enim simulachris, imaginarias formas pretendunt, templis inclusas: quale erat Plunense idolum, cui nomen Poggaga. Alij syluas, uel lucos inhabitant: qualis erat Prone deus, quem coluere Aldenburgēses: quibus nullæ sunt expresse effigies. Multos etiam duobus, uel tribus, aut eo amplius capitibus, exculpunt. Inter multiformia uero deorum numina, quibus arua, syluas, tristitias, atq; uoluptrates, attribuūt, non diffitentur unum deum in cœlis, ceteris imperitante: illūq; præpotentem, cœlestia tantum curare: Hos uero distributis officijs obsequentes, de eius sanguine processisse: & unumquēq; præstantiore, quo proximiorem illi deorum deo.

CA. XXIV.

Enīete autē episcopo cum comitatu suo ad nemus illud, & locum

u prophanationis, adhortat<sup>9</sup> est ceteros episcop<sup>9</sup>, ut fidēter accedēret ad subuertēdū lucū: Ipse equo desiliēs, cōtriuit cōto insignes portar<sup>9</sup> frōtes: Et ingressi atrū, omnia septa ei<sup>9</sup> cōgesserūt, circū sacras ilicas arbores, & de strue lignor<sup>9</sup>, iniecto igne, pyrā excitarunt ingentē: non tamē sine metu, ne forte tumultu, & incursione gētis obruerent. Illi autē diuinis ptecti, abierūt. Peruenerāt ad hospitiū destinatū, ubi Tessemar excoepit eos grādi apparatu: nec tñ dulcia, aut iucūda illis fuerūt Wādalor<sup>9</sup> pocula: q̄ cernerēt cōpedes, & uaria tormētor<sup>9</sup> genera, quæ intētabantur Christicolis, e Dania aduectis. Aspexerūt illic gementes sacerdotes Dñi, captiuitatis diutina calamitate maceratos: qb<sup>9</sup> ep̄s nec ui, nec prece, subuire poterat. Proxima die Dñica, conuenit popul<sup>9</sup> uniuersæ terræ ad forū Lubicēse: & ueniēs ep̄s, uerbū pposuit exhortatiōis ad plebē, ut relictis

Inglori⁹ qui  
pahē negat  
hospiti.Arbores deo  
Prone sacre.Dies Lunæ  
genti sacra.Iurare & pe-  
ierare paria  
apud Wand.Nō diffitēt  
unū deū Wā-  
dali in cœlisEp̄s lucum  
destruxit.Sacerdotes  
in cōpedib<sup>9</sup>

# LIBRI III. CA. XXIII. ET XXV.

Pribislaus  
rindet epo.

Tributū an-  
nuū mille  
marcæ.

Prēdicit py-  
raticā licitā.

Christiani de-  
gūt trāquille

Wādali pe-  
tūt iura Sa-  
xonum.

Cōuent⁹ in-  
dicitur.

Verbi regu-  
li stultitię ple-  
num.

Dux sumpti-  
b⁹ exhaustus

72

idolis, colerent unū Deū qui in cœlis est: & percepcta baptismatis gratia, renunciareb⁹ operibus malignis, prædis, & necib⁹ Christianor⁹. Cūq; pero rasset ad plēbem, innuētibus ceteris, ait Pribislaus: Verba tua uenerabilis pōtifex, uerba Dei sunt, & saluti nostre fatemur cōgrua: Sed qualiter ingrediemur hāc uiā, tātis malis irretiti: ut enim intelligere possis afflictionem nostrā, accipe patiēter uerba mea: Populus quē aspicis, populus tuus est: & iustū est nos tibi pandere necessitatē nostrā: Tu q̄ uicis erit compati nobis, & si qua potes, nos adiutare: principes nostri tāta sequiturate grassari in nos cōstituūt, ut propter uectigalia, & seruitutē durissimā, melius sit mori, q̄ uiuere. Ecce hoc anno nos habitatores breuissimi anguli, mille marcas duci per soluimus. Porro comiti toties centenas, & necdum emisimus, ut respirem⁹, sed toties emūgimur, & premimur, usq; ad exinanitionem: quomodo ergo uacabimus huic religioni nouę, ut edificemus ecclesiās, & percipiāmus baptis̄mū, quibus quotidiana innouant̄ onera, ut nihil cogiteimus q̄ de fuga: si tñ effet quo cōfugerem⁹: trāseūtib⁹ enim Trauenā, ecce similis calamitas occurrit: ueniētibus ad Panim fluuiū, nihilo min⁹ adest. Quid ergo restat, nisi ut omissis terris, feramur in mare, & habitemus cum gurgitibus: Aut quę culpa nostra, si pulsi terra, mare turbe mus: & deprædem⁹ Danos, & reliquas gētes, mercādi gratia nauigātes? Nonne principū erit ea noxa, qui nos exturbāt? Ad hāc ēpus: Quā princi pes nostri haec tenus abusi sunt gēte Wādalor⁹, non est mirabile: nō enim se multū delinquere arbitran̄ in idololatras, aut qui uiuūt sine uero deo: quin poti⁹ cōcurrīte ad nostre Christianitatis ritū, & subiūcite uos omnium creatori Deo, sub quo curuant̄, qui portāt orbē, & erit onus uestrum magna ex parte leuatū. Nonne Saxones, & ceterę gētes, quę Christiano censem̄ nomine, degūt cum trāquillitate, cōtentī legitimis suis: Vos uero sicut ab omniū discrepatis cultura, ac religione, sic omniū odio laboratis, & patetis direptioni. Et ait Pribislaus: Si dño duci, & tibi, placet, ut nobis cum comite, sit eadē culture ratio: den̄ nobis iura Saxonū in prædijs, & redditibus, & uolētes subibimus Christiana sacra, ædificabimus ecclesiās, & decimas persoluem⁹. Episcop⁹ operā pollicit⁹ abibat. XXV.

Dixit Henricus dux, prouinciale in Erteneborg conuentū, ad quem inter alios properabat Geroldus episcopus. Aderant euocati Wandalorum quoq; primarij. Admonente episcopo, dux uerba fecit ad regulos illos, super Christianismo suscipiendo. Ad quę Niclotus regulus Obotitorum ait: Sit Deus, quem nos quoq; in cœlis res gnare credimus, Deus tuus, esto Deus noster, & sufficit nobis: Excole tu illū q̄ uoles religiosissime, nos autē te uenerabimur. Et arridens, corripuit eum dux de uerbo stultitię pleno. De reb⁹ uero ecclesiæ, & episcopat⁹, nihil amplius eo tempore actum est: eo q̄ dux nuper Italia rediens, totus in questu erat sumptib⁹ exhaustus: camera enim uacuefacta, cōmonuit corradere, ut impleret. Redeuntē ducē in Brunswicū suū insequit̄ Geroldus episcopus, & māsit apud eum dieb⁹ multis: dixitq; duci: Ecce iam annū in curia tua consumpsi totū, nihil præter onus afferēs, in Wagriam rediens,

non inuenio quid manducē: cur ergo onus nominis huius, & officij mihi impositū est: melius mihi erat in gradu pristino permāsse, q̄ in episcopa tu mēdicare. His incitus dux, exciuit comitē Holsatię Adolphū: & habuit cum eo rationē de trecētis mansis, qui oblati fuerāt in dotē episcopi. Comes autē presente duce, assignauit episcopo in possessionem Vthin, & Gasmel, cum appēdīcīs eorū. Insuper p̄dīo, quod dicit Buzow, adiēcit duas villas, Gudesuelt, & Wobeze. In Aldēburgo quoq; dedit ei p̄dīum cōmodū satis, & adiacēs foro: Et ait comes: Eat dñs episcop⁹ in Wagriā, & adhibitis uiris industrijs, estimari faciat p̄dīa; quod defuerit de trecētis mansis, ego supplebo: si quid superfluerit, sit uicissim meū. Veniēs ergo episcopus, uidit possessiones; & habita inquisitione cum colonis, deprehēdit p̄dīa uix centū implere mālos: q̄obrē comes uolens redarguere agrī mēsores, adhibuit mensurā suā, funiculo breui, & hominibus in cōperto. preterea paludes, & nemora, funiculo cōprehēdit: & fecit de mensura sua maximū agrorū numerū. Perlata uero causa ad duce, adiudicauit ille episcopo dari mensurā ad more terre; nec mēsurādas paludes, ac sylvas robustiores. Multū ergo laboris adhibitū est, in requirēdis agris: nec per duce nec per episcopū poterāt in designato a comite spacio deprehēdi. Hęc autē importunitate sua cōquisiuit Geroldus episcop⁹, quotidie insistēs aurib⁹ principū: ut ad bonū modū episcopalis prouisio expediret: Et ædificauit opidū, & arcē Vthin, cōstituēs ibi forū, quia autē cōgregatio cleri nō erat ulla in Aldenburgenſi ecclesia, preter eam, que erat in Cusalina, hoc est, in Hagerstorp: annuēte duce, reduxit illā in Zegeberg, ad locū prime foundationis, quatin⁹ in solēnitatibus, cum pontificē oporteret adesse populo, haberet in clero sacri officij ministerium. qđ licet Ludolpho preposito, & fratribus uidere in cōmodū, propter tumultus fori, cesserūt tñ cōsilio majorū: nam refragari loc⁹ non erat. Et erexit eo loco domū episcopus: Inde progressus, adit archiepiscopū, cui etiā multa depēdit obsequia, sperās sibi reddi Falderēse monasteriū: qđ antecessor ei⁹ & fundasse, & possedisse dī noscīt. Sed archiepiscopus in partē ecclie suæ pronior, callidis spōsionib⁹ deduxit uirū, pmittēs per inducias, & tēpora redimēs. Mādauit autē Ep̄poni, uenerabili preposito, ne penit⁹ retraheret manū a subsidio nouelle ecclie hui⁹, sed subueniret episcopo, tam in episcopatu, q̄ in ceteris adiumentis: q̄obrē Geroldus accersiuit de Falderēsi coenobio, uenerabilē Brunō nem sacerdotē, is enim defuncto Vicelino, Wādalīa deceperat, & remisit eum Aldēburgū, ut curaret salutem populi illius: ad quod nimirū opus, ille diuino incitabatur instinctu, ut non grauaretur labore, sed inuitaret fructū.

## CA. XXVI.

Idit nāq; nocturna uisione chrismale in manib⁹ suis, de sub cuius

u. operculo, succreuerat oliua plena uiroris, que cōfortata, ualidam peruenit in arbore, quod nimirū pro sentētia ei⁹ ita prouenit: Statim enim ut reddit Aldēburgū, aggressus est opus Dei, cum magno feruore: & uocauit gentē Wādalorū ad regenerationis gratiā: succidens lucos, & destruens ritus sacrilegos. Et quia arx & ecclesia, ubi olim fuerat ecclie

Vthinū in  
dotē ecclie.

Controversia  
de mensura  
p̄dīorum.

Dux diffinie  
in fauore ep̄i

Gerold⁹ ep̄s  
diligens.

Ep̄s erige  
domum.

Subuenient  
ep̄o & nouel  
lae eccliae.

Visio.

Succiduntur  
luci.

# LIBRI IIII. CA. XXVI. ET XXVII.

Saxonū co-  
lonia.

Ecclesia edifi-  
catur.

Bruno sacer-  
dos.

Supplicium  
crucis tollit

Dulcin⁹ sa-  
cerdos.

Crempine  
fluvius.

Arx Plone  
instauratur.

Euermodus  
ep̄s.

In Dania  
ciuile bellū.

73

sia cathedralis, deserta erat, obtinuit apud comitē, ut fieret illuc Saxonū colonia, & esset solatiū sacerdoti de populo, cuius nosset lingua & cōsuetudinem: Et factū est hoc nouelle ecclesię non mediocre adiumentū: Siquidem edificata est ecclesia honestissima in Aldenburgo, librīs, & signis, & ceteris utēsilibus, copiose adornata: & restaurat⁹ est cultus domus Dei, in medio nationis prae & peruersę, anno quasi nonagesimo, post excidiū prioris ecclesię: & dedicata est a pontifice Geroldo, in honore sancti Iohannis Baptiste, astate, & omnē deuotionē adhibete, nobili uiro Adolpho comite, & dñā Mathilde eius cōiuge: Et precepit comes populo Wādalorę, ut trāsserret mortuos suos tumulādos, in atriu ecclesię: & ut cōueniret in solenitatibus ad ecclesiā, audire uerbū Dei: quib⁹ etiā sacerdos Dei Bruno, iuxta creditā sibi dispēlationē, sufficiēter illis preferebat salutis monita: habens conscriptos sermones lingua Wādalorę, quos populo pronūciaret oporrune: & prohibiti sunt Wādali decātero iurare in arborib⁹, sentib⁹, & lapidibus, sed offerebat criminibus pulsatos sacerdoti, ferro, uel uomeribus examinādos. Danū aut̄ quēdā per ea tēpora cōprehēsum, ob, nescio quas, causas, Wādali cōfixerūt cruci: quod enim Bruno sacerdos renunciasset comiti, ille traxit noxios in causam, & cre mulctauit: tulitq; genus illud supplicij de terra. Vidēs ergo Geroldus episcopus, quia in Aldenburgo positū esset fundamentū bonū, suggestit comiti, ut in pago, qui dicitur Susle, suscitaret ecclesia: & miserūt illuc de Falderēsi domo Dulcinū sacerdotē, cuius sp̄itus sitiebat labores & pericula, in prædicatione euangelij: missusq; uenit in speluncā latronū, ad eos qui habitauere Wādalos, ad fluvium Crempinę. Erat aut̄ illic pyratae familiare latibulū: & habitauit inter eos sacerdos, seruiēs Dño in fame, siti, & nuditate. Oportūnū deinde uisum est, ut & in Lutkenborg edificaretur ecclesia: & in Ratekow: & abierunt illuc una episcopus Geroldus, & comes Adolphus, & designauerūt ecclesijs extrēdis oportuna loca. Creuit ergo opus Dei in Wagriensi ecclesiā: & iuuuerunt iuicē se comes & episcopus ope uicaria. Arcem quoq; Plone per hēc tēpora comes instaurauit: muniuit opidū, cōstituens forū. Et abierūt secreto timētes Wādali, qui tenuerūt uicina loca; uenerūtq; Saxonē, & habitauerūt illic: defeceruntq; indigenę paulatim de terra. Sed & in terra Polaborum multiplicatæ sunt ecclesiæ, instantia domini Euermodi episcopi, & Henrici comitis de Rasesborg: uerūtamē assuetos prēdis Wādalos, non ita cohibere initio poterant, quo minus in mari pyramicam, & per terram occulta latrocinia exercebēt: Daniā autem assuetā habebant palestrā antiquā dimicationis.

CA. XXVI.

Andalis enim & Danis, perpetua fuit de mutua prēda colluctatio: nisi q; iam Dani, post suceptū Christi iugū, māsuetiores facti, propulsandis de mari & terra sua Wādalīs, laborabāt: oportunū enim tēpus nacti, quo Dania ciuili int⁹ bello flagraret, duob⁹ de regno cōtēdētib⁹, Zuenone & Kanuto, cōtinuo excurrebāt in eos Wādali. In Zelādia tum uastitatē cōmisere, premissis speculatorib⁹, cū regē Zuenonē abesse intelligerēt; urbi Roschilde admouēt exercitū, nō diffidētes

imparatā occupare. Rex autē, cum iam sero uespere eam urbē magnis itinē  
ribus cōtendēs, clam Wādalī intrasset, p̄emissō etiā ex suis speculatorē,  
quos potuit perarmauit; hostibus occursur⁹. Qui preibat, statim obuios  
habuit ex W̄inulis equites expeditos, qui cum perniciitate equorū facile  
poterāt graui preire onustū armatura. Declinauit Dan⁹ uim hostiū, satīs  
iam p̄ematuris se ab illis, ut poterat, elō gabat: equidē robustū uiri iūmē  
tum, facile dissipauit stipulas, quē impedimēto erāt pernicib⁹ Wādaloꝝ  
equis, ad cursum, non ad statariā pugnā expeditis. Interrogatus ille inter  
percurrēdū, si rex adesset. Adesse respōdit: ueritate facili⁹ illis illudere re-  
putans: q̄ uera nō dicere hostem, illi putarēt. Indubitatū illi erat, nec c̄re  
dituros, quod diceret: Certūq; illi mox sunt interpretati, quod eorū specu-  
latores renūciabāt, regē nō adesse: itaq; progrediunt agmine quadrato.  
Nec lōgū tēpus in medio: regij equites urbe egrediunt: Rex ipse sequit⁹  
cum aliqt peditū cohortib⁹, ac alis equitū. Primi ex Danis equites disti-  
nent hostē, donec regiū exercit⁹ instruat. Iam stabat in ordine acies: Iam  
pugna conserit: Promptū fuit regiū, ex summa quiete procurrentib⁹, ho-  
stiū agmina prima perturbare. Fortiter tñ Wādali resistūt: sed qm Da-  
norū uires paulatim crescere sentiūt, ob regem, quē non putabāt presentē,  
suasq; decrescere, cōsulto pugnātes, retrocedūt. Erat p̄eliū fugē non diffi-  
mile: ut sepe cōuersi, hostem aut sustinerēt, aut repellerent: utrincq; tñ ma-  
gna cæde peracta, Wādali ad naues redeunt: multis, quod necesse fuit  
dum trepidat in littore amissis: ceteri in naues recoopti, regrediunt. Tan-  
ta uero tunc tñ Wādali Danis, & per sequētiā tēpora insteterūt, ut uasta-  
ta Iutia, ad Eydorā usq; uici, habitatoribus uacui cernerent, agri desola-  
ti. Fonia, Falstria, Zelādia, non meliori tum sorte agebant. Lalādia etiā  
precio, uexationis redimēde gratia, persoluto, quietē suā impēdio emebat.  
Cernens rex Zueno, quia domestico dissidio cuncta perturbante, Wan-  
dalorum flamas extinguere non poterat, magno ære interueniēte, Hen-  
ricum Saxonie ducē, cognomēto Leonem, subarrabat, ut suis ille uiribus  
Wādalī inuectus, domi illos detineret, ne Dania regnū, durante inten-  
stina dissensione, labefactarent. Millequingentas argenti libras, publica  
collatione rex corrogauit, ut Henrico duci, cuius tum fuere uires præci-  
puæ, stipendum militiæ in Wādalos persoluat. Ille accepta pecunia,  
aliquot equitum cohortes illis immisit. Sed maiores tum erant Wādalo-  
rum, quos corrupte W̄inulos dixerat, uires, q̄ ut paucis cohortibus territa-  
rentur: Itaq; nihilominus rem in Dania peregerunt: nec amplius tum a  
rege actum putabatur, q̄ ut damno dedecus adiecerit, patriam suam non  
armis, sed argento tutari confisus: quæ etiam res, multorum ex suis, ab eo  
animos fertur abalienasse.

## CA. XXVIII.

Aruo deinde post tēpore, ui Wādalica apud Fioniā clades incis-  
p dit memorāda: ut, si secūdā illi similē insula accēpisset, cultu diu  
uacua remaineret: resq; ei⁹ nō afflīcte modo, sed perdite fuissent.  
Zueno enim rex tum pulsus exulabat: cui⁹ rei ordinē in Dania sumus exe-  
quiū. Q̄diu enim illi res fuerat cum solo Kanuto, ut euq; armis, & semel

Equites ex/  
pediti.

Inicur p̄eliū

Wādali ro-  
trocedunt,Vici habita-  
torib⁹ uacuiMD. libra p  
stipēdium m  
līcīlāe.Clad es me  
moranda.

LIBRI III. CA. XXVIII. ET XXVIII.

74

quod diximus, Cæsaris Friderici interpositione se in regno cōtinuit. Vbi uero Waldemarū regiū iuuēt a se ab alienauit, Kanutusq; hostis illū si-  
bi deuinciret; data illi sorore in cōiugiū. Iam cūctis ambor; cedere cogebatur armis. Ergo fractis uiribus semel, ac interim infœliciter prælio gesto; & cum se multi ab eo ob Wandalor; retraheret incursum, impositis in naues rebus, cum cōiuge & liberis, se trāstulit in Wādaliā; & applicuit in Aldēburgū. Qua re cōperta, comes Adolphus, in cuius uenerat ditionē, non potuit non cōmoueri: Regē quōdā potentissimū, cuī frenū in maxilis populor; omnīū borealiū nationū, repente deiectū exulare. Cupiēti ergo regi trāslire per terrā Adolphi, multā comes exhibuit humanitatē: diuertitq; ille in Saxoniā, ad socerū suū Corradū de Within, marchionē: & mansit illic annis fere duobus. Quo tempore Henricus dux, Leo, ad conuentū regni, quē Imperator in Ratispona indixerat, festinauit: recœptus ducatū Bauarie, q; Imperatori in Italia fortissime astitit: & recœpit illum patruo Imperatoris Henrico destituto: quē Austria cōtentū esse iussit. Et creatū est Hērico iterū nomē nouū, ut dux Bauarie, & Saxonie, scibere. Peractis ibi rebus ad uotum, ducē a curia redeuntē, adierūt principes Saxonie, interpellantes, ut regi Zuenoni expulso, ad restitutionē adesse dignaret. Promisit rex duci pecuniā immēsam. Collectis ergo dux copijs undecimq;, per brumā reduxit regē in Daniam: & aperte sunt ei ciuitates Sleswicū, & Ripa: nec tū ultra profecit illa expeditio: Instabat enim quadragesimā religiosi dies: & nullis potuit peruinci precibus Henricus, ut remaneret: Sed postulanti, ut Wandalor; Henrico parentiū, uiribus utesetur: dux promptus annuit: in præsenti aut̄ retrouerit ducem: q; uiderat nullas in regno suppetias uenire Zuenoni, quis gloriāt̄ pridē esset apud illū, ad primā de Saxonie armorū ostentationē, toti⁹, aut maioris partis regni ad se fieri cōcursum; quod longe secus acciderat.

XXVIII.

Eductus autē paulopost Zueno uiribus Wādalor; in Fioniam, r tanta gratulatione omniū ad se cōcurrentiū excoepitus est, ut dici uix possit, fœciliōr ne rediens, q; infortunatiōr fuerit abscedens. Quā suscep̄tionē, & reliquos deinde successus, quia in Dania satis expli- cuim⁹, nihil hoc loco, nisi quod ad Wādalos pertinebit, nobis recēsendū. quor; hec precipua laus est: q; regē, quē florentē oppugnare cōsueuerūt, nunc armis in regnū restituāt. Facto ergo ad redeūtē regē maximo suor; concursu, Kanutus & Waldemarus, eius perduelliones, & ipsi diuisis locis copias instruūt, ut occurrāt ueniēti: & iterū ejciāt, priusq; conualeſcat. At ille confederat in Lalandia, securus locorum firmitate. Interuenit autē Helias Ripensis præſul, priusq; arma concurrant: & compositione inten-tata triū uoluntate, regnum tripartito scinditur: & unicuiq; sua pars, qua contentus, abiret, deputatur. Waldemaro Iutia, ut a Saxonibus discludes-retur Zueno. Kanuto Scania: media uero regni, dantur Zuenoni: ut intercep̄tum in medio, facilius continerent. Adhibita sunt singulorum sacra menta, ut pax firmaret. Qua, ut credebāt firmata, cum Waldemarus, atq; Kanutus iam positis armis, omnia tutā, & fide stabilita, arbitrarent-

kanut⁹ cum suis in Wan-daliā.

Cōuētus in Ratispona.

Dux reduxit regē in Daniam.

Dux retrouerterit.

Zueno excis-pitur.

Perduelliōes zuenonis.

Helias ep̄s Ripensis.

LIBRI IIII. CA. XXVIII. ET XXX.

Zueno cōuiualiter excipit regni consortes in Roschildia: Illi nihil ueriti assunt: Struit dolos, inuitator Zueno: & hospitalibus dījs posthabitis, in ipso cōuiuio, ferrū intētauit: miscuitq; poculis cruentis: Celsus est ibi Kanutus. Waldemar<sup>9</sup> grauiter sauci<sup>9</sup>, uix elabit<sup>9</sup>, & peruenit in lutiā suā: Ibi collecto exercitu, ueniētē cum agminib<sup>9</sup> Zuenonē excipit, & opprimit. Rex inde pacificus in omni regno fit Waldemarus competitoribus absump̄tis: quā rem nunc breuiter rememoratam, in Dania plenius, qui uolet, perquirat explicitam.

CA. XXX.

In cōuiuio  
misceū pocu  
lis cruentis.

Er quod tempus ciuitas Lubicēsis cōflagravit incendio: cum ei p loco splendor esset maior adhibendus: Purgauit ignis auferens primordia, tumultuarie, non magnis apparatus instructa. Mercatores tum afflicti damno ingēti, ducem circūsistūt, dicētes: Hacten<sup>9</sup> prīceps illustris in patiētā dissimulauimus detrimenta negotiationis nostrę, posteaq; nobis interdictus est a te liber mercatus ad omnes. Quomin<sup>9</sup> locum mutarem<sup>9</sup>, distinet affectio penatiū, atq; domor<sup>9</sup>: nunc qm̄ incēdium cōsumpliit omnia nostra, etiā ea parte liberi, locū sponte deserim<sup>9</sup>. Da ergo, si tibi uidetur, alio in loco, liberū nobis emporiū: quo ex integro edificites, tuo fauore mercemur, ad incrementū nouę urbis: ut perinde cēsus increscat tuo dominatui. Visi sunt probabilitā dicere. Iterū uerbum ille facit comiti super insula Lubice: ut eam iam domibus & habitatorib<sup>9</sup> uacuam, pmittat duci: Necq; tum cessit comes dño suo. Igitur ad lacū Wakenissam, dux noua moenia molit<sup>9</sup>: Vocat Lubicæ mercatores, ut ibi instruant cōdīcīa: Venere plurimi urbē nouā appellat Leoninā suo de nomine: sed qm̄ a mari difficultis erat in lacū adit<sup>9</sup>, trāsportari multo incōmodo de Trauena flumine, per terrā, merces uidebātur. Ea difficultate territi, multi cōcepto destiterūt: Sed necq; Lubicā renouarūt, non permitti a duce, libere merces a mari ueniētes, interdicto principis, distrahere. Videns comes, qd̄ necq; ipse prouentū loci sui poterat magnū expectare, qd̄ nemo fideret in staurationem exustę urbis adire: & qm̄ ducis in se indignatio, grauiores exit<sup>9</sup> minitabāt: permisit duci nouā Lubicā. Ille locū multis insigniuit immunitatib<sup>9</sup>: Mox ad restaurādā urbē ciues cōcurrūt, noui deniq; ueteribus accessere. Incredibile est memoratu, quātū breui, pfecserit urbs nouela, postq; in ducalē puenit potestatē. Ille disparsis nūcījs per omnia regna aquilonis, fecit preconari, per Russiā, & citeriora regna, immunitates mercator<sup>9</sup>, ad nouū sue ditionis emporiū diuertentiū: Constituit iura: moneta excudit<sup>9</sup>: uectigalia, non onerosa, imponūtur. Ex eo die magnū ciuitati, & repentinum prouenit, sine exemplo incrementum. Erat aut post datam mundo salutem annus. MCLVIII.

CA. XXXI.

Ciues Lubici  
ce perūt no  
uū emporiū

Noua Lubici  
ca Leonina.

Noua Lubici  
ca pmittitur

Preconantur  
immunitates.

Wādali pri  
tributarij q  
Christiani.

N reliquā deinde Wandaliā respiciamus: cuius hactenus adeo res fluxę erant, ut apprehēsam aliquoties Christi religionē, ad tēpora seruauerint: Sed per occasionē grauator<sup>9</sup> in eos tributorū, aliquot uicibus reiēcerūt. Prius enim a terra uicinorū principū, censibus sunt adacti soluēdis, qd̄ ad Christi iuga coacti. Ab occidua quidem parte, iam tenuiter cōperūt Christi fidem sectari. Maior tñ pars se recōcepit, ad

LIBRI III. CA<sup>3</sup> XXXI. ET XXXII.

Obotriti &  
Winuli tris  
butarij.

Winuli &  
Rugiani cas-  
stant Dania

Dania p̄ ite-  
stina bella at-  
tenuata.

Rex paret cō-  
cilio.

Falstreñ regi  
deferuntur.

Zelādia per-  
armatur.

Rex corrip-  
tur febri.

interiorē Wandaliā, orientē uersus, ut nascentē declinaret religionem. Et iam dux Leo Henric⁹, Obotritis, & interioribus Wādalīs, cēsum denuo imposuit. Albert⁹ quoq; marchio, sibi cōterminis, ad onera incubuit: De Christianismo aut, quid apud marchionē ageret, perspectū non habem⁹. Obotriti autē, & uicini Winuli, tributa quidē pensitarūt: sed religionem Christi necdū hac etate subierūt. Qui uero ad mare habitabāt, intacti ab his principib; perstiterunt, abusi per ea tempora, Danię ciuilib; bellis. Nam dum illi inter se de regno colluctātur, & mutuas attruere uires, interim Wandali totis incubuere conatibus, Danię insulis euastandis: Idq; impigre perfecerūt, qui uocātur Winuli, Rugiani, & eorum contermini. Waldemarus aut, cum ad se regnū peruenisset, solum duobus cōpetitorib; per mutuas cedes cōtritis: Nam Zueno perdidit Kauutū: Walde marus Zuenonē: prima fuit regi cura, in Wandalois uindicādi: q̄ illi per occasionē ciuiliū bellor̄, adeo sequierint in Daniam. Cuius rei gratia, cum regni cōuentum Waldemarus haberet, proceres nullo modo ad denunciandū tum Wandali bellum inclinabāt: qñ attenuatis per intestina bella uirib; simul euastatis insulis per crebras Wandalois incursions, nul lus poterat cogi exercitus, tante hostiū insolētię opponēdus. Nam si collatīs uirib; semel nunc Wādali superarēt, facile illis fuerit totā regni latitudinē uastādo peruadere. Itaq; dandū tempus, consilio morā interponendā, ad augēdas uires, & tum maturatis undicq; rebus, si uideaſ belligerandū: Ita ingrediātur, ut ex regni decore & cōmodo futurū sit. Rex & si iniuitus a suscepione belli discederet, paret tñ initio: qđ necesse fuit cōcilio, pcerū, ne res tenues, & nouitate infirmas, attenuare uidereſ. **XXXII.**

Vo tempore Wandali, parata classe, Arusiā inuadunt, & spolia tam omni parte denudāt: Falstrenib; insulā suam, quibus poterāt uirib; aduersus infinitā hostiū multitudinē p̄emuniētib;.

Erāt interea, qui regis aurib; Falstreñes deferrēt, perfidiā illos in regē aleare; secreta miscere cum hostib; Wādali colloquia: occultā esse inuicē illis intelligentiā; nihil tam secretū in Dania fieri, qđ non illi premisso nuncio, hostib; Wandali insinuēt. Ita innocentū uirois fides, apud regē labefactā. Nā, qđ illi tutādi sui gratia fecere, nō habētes in quis defensore presidiū, & q̄ necessitatis gratia interdū se hostib; qb; erāt armis impares, familiari exhibuere, uersum est illis in pfidiā. Credulus rex delator̄ sermōnib; Zelādia parmauit: satis illi uiiriū esse in Falstriā rat⁹. At illi non se gnes, militiā in Falstreñes, etiā gaudētes, amplectunt̄: q̄ perpetuo dissidio Zelādes, Falstrenib; essent infensi. Iam stabat in anchoris classis: Expedita erant arma: classicū solum demoran̄t: cum rex subita febri corripit, uires amisit, dimissosq; exercitu, expeditionē in Falstriā intermisit. Quis aut dubitare poterit, hoc diuino nutu contigisse: ut populo innoxio, & regi nihilominus decoepto, delatorū uerbis, tum parceretur. **XXXIII.**

Er que tempora, instabat Romanor̄ Imperatori Friderico, altera in Italiam expeditio: ad quā euocatus Henricus Leo, dux Saxonie & Bauarie, se preparabat; deesse enim Imperatori non pos-

LIBRI III. CA. XXXIII. ET XXXIV.

Limes Da  
norum.

Iusurādū  
onerosissi  
mū Wādalīs

Dux in Lon  
gobardiam.

Legati in  
Angliam.

Dux de repu  
dio cogitat.

Wādali uio  
lant pacē.

Colloquiū  
prouinciale.

terat, iam grādi beneficio cōstrictus eidē: q̄ illius nuper opera, recepī  
set Bauariā. Hēricus aut̄, priusq̄ Saxonīa exiret, colloquiū habuit ad Ey  
doram, cum rege Danor̄ Wādemaro: Ille enim erat limes ab antiq̄ utri,  
usq̄ ditionis. Rex postulat, ut dux dedita opera, Wādalos cohibeat, a py  
raticis excursionibus, quas frequentes in Daniā fecerāt: in quā rem rex  
duci pollicetur, mille argēti libras; Dux uicissim orat, ut suos in regno cō  
tineat, ne illor̄ insultatione perueniat ad arma. Ita re cōstituta discedunt.  
Dux inde, euocatis Wādalor̄ principibus, & inter primarios Niclotō  
Obotritor̄ regulo: serio indicit, ut per absentiā suā, omni se cōmotione,  
uel in Daniā cohibeat: si quid preter solitū accidat: facturum ut poeniteat  
tumultuātes: Illi spondēt meliora, nec tamē simplici cōtentus est dux spon  
sione: Iusurādū extorquet: quod est Wādalī onerosissimū: Et ut fidē  
rebus astruāt, iubet pyraticas naues in portū Lubice cōuenire: Illi ueteres  
& inualidas eo misere, melioribus in abdita reclusis, fidē, quā constituere,  
exhibentes. Comes quoq̄ Adolphus, cum duce profecturus, interpositis  
Wagriēsis terre seniorib⁹, Marcrado atq̄ Hornone, cōuenit Niclotū, &  
exegit ab illo cum beniuolentia, in fidē terre sue exhibeat illibatam: quod  
ille pollicitus, etiā facto cōpleteuit, atq̄ prestitit ex fide. In hunc modū reb⁹  
ordinatis, profectus est dux in Longobardiā, cum mille (ut aiunt) loriscis:  
habēs in suo comitatu Adolphū comitem, & multos nobiles ex Bauaria,  
atq̄ Saxonīa. Et cum lōgius duraret ea expeditio, dux accepta ab Impe  
ratore licētia, repedauit, relictis ibi forte militib⁹ ut ipse cum paucis retro  
cederet. Nam ex ea retrogressione, nullā apud Imperatorē offensam, inue  
nitur, ut postea, contraxisse.

CA. XXXIV.

Nterea comes Adolphus, cum Reinoldo electo Coloniēsi, fun  
ctus est publica legatione in Angliā, ad ei⁹ gētis regē: ab Impe  
ratore, an Henrico duce, incertū: nisi q̄ pro dignitate electi Colo  
niēsi, promptius de Imperatore, q̄ duce processisse legationē est intellige  
re. Ibi tum de nuptijs Henrici ducis inter alia est cōstitutū. Nam cogita  
uit ille repudiū facere, dñē Clemētīe, propter cognationē, que, ut ferebat,  
deprehēsa est in gradu prohibito: cum summi pontifices, non tam faciles  
tum, ut nūc, ad dispensationē (quod in Saxonīa diximus de dñā Mathil  
di) inuenirētur. Et contrastati sunt, tam clerūs, q̄ populus Holsatīe, de diu  
turna absentia dñi Adolphi, boni patroni. Wādali enim de Aldēburgō  
& Magnopoli laxatis frenis, per absentiā principū, uiolarūt constitutā in  
Danos pacē: fuitq̄ Holsatia in tremore, a facie regis Danorū. At Gerol  
dus episcopus, tum per se, tum per nūcios studuit lenire regis irā: inducijs  
tēpus redimens, ad redditū usq̄ principū. Redeūte ergo duce, atq̄ comite,  
prefinitū est colloquiū prouinciale, tam Saxonib⁹, q̄ Wādalīs, in loco,  
quē uocat Berēfort. Rex quoq̄ Danorū uenit in Erteneborg, & cōque  
stus est Wādalos constitutā uiolasse pacem: Qui sibi male consciū fuere  
ex Wādalīs, in conspectū non prodeūt. Edicto aut̄ proposito, proscripsit  
omnes super ea re infamatos, & precepit suis omnibus, ut se ad expeditio  
nē uere proximo faciendā aptarēt. Niclot⁹ aut̄ Obotritor̄ regulus perpē

LIBRI III. CA. XXXIII. ET XXXV.

76

Lubica in p  
riculo inter  
ceptionis.

Fons pēdul⁹

Expeditio  
n in Wādalos.

Castra ad  
Magnopolī.

Capti necan  
tus suspēdio

Niclot⁹ prī  
cpsperit.

dēs ducis in se exasperatū animū, parariq; in se arma: statuit preoccupare bellū: Lubicā enim intercipere cogitauit insidijs: missis in eā rem ambo⁹ filijs, cum expeditis militibus, qui speciē pacis preferētes, necdū hostilibus nūciatis, urbē nouam improvisi occupare facile ducebāt. Habitabat tum Lubice sacerdos quidā, Athelo nomine; huius domus uicina erat ponti, qui tum iter sternebat per lacū Wōkenissam in austrū. Is cum riuum duxisset longiuscule, effodi iussit terrā, & in aggerē cōjci, fossatumq; ponti pretēdit tēporaneę, nihil horē que acciderāt prospiciēs, aut formidās. Sed ea tum res salutē fuit nouę molitioni. At Wādalorē illa insidiatrix manus cum recto itinere esset eo casu interclusa, querēs hinc atq; inde aditū, detecta est. Proclamauerē quidā ex familia sacerdotis, hostes adesse. Accurrit sacerdos, & ponte pēdulo per catenā demisso, iam stātibus in altera pōtis parte Wādaloris, uix aditū preclusit irruētibus: Dux ubi cōperit p̄fidiū in ea urbe militū, ad similes casus p̄uidēdos collocauit. Ita tum casus, & unius sacerdotis uigilātia, magnā cladē p̄uenit infētātam. XXXV.

Iclotus, hanc alterā habuit excipiendi belli causam, ab duce. Vā  
lidissimā igitur parauit dux expeditionē in eam gentē. Niclotus autē Obotritorē regulus, iam bello denūciato, & hostilib⁹ omnibus, cum capitis periculo: omnes, quibus tutandis diffidebat succēdit arces: Ilow: Mekelnborg: Zwerin: Dobin. Solum firmauit p̄fidiū Wāle ad Wernouiā fluuium, iuxta terrā Kissinorū. Ibi armis & cōmeatibus, abunde comportatis, statuit obsidionē tolerare. Egressi autē milites Wādali per singulos dies, itinerū gnari, ducis explorabant exercitum & per insidias excurrentes, nonnullos intercepere de Saxonibus. Castra fixit dux ad cōfinia Magnopolis: cum fili⁹ Nicloti, Werslaus, ac Pribislaus, accepta manu expeditissimorē militū, ad laceſſendū hostilem exercitum egrediuntur frumentatū: egressos Saxones, inuadunt, sternunt, capiunt, fugant. Dux ubi comperit, insidijs opposuit insidias, & collata manu Saxonēs, fugam inēūtibus Wādaloris, multos ex eis capiūt: quos dux omnes mox iussit necari suspendio. Elapsi Nicloti fili⁹, omisis equis, per paludes & inuia redierunt ad patrem. Ille indignatus: Putabam inquit me genuisse & enutrisse uiros: sed opinione falsus sum; omnibus sc̄eminiis uideo fugaciōres: Ipse egrediar, ut experiar, si uiro cum uiris conueniat: Assumpsit ex omnibus copijs expeditiores, & dicit in hostem: Non tamen palam ausus in aciem congregdi: stetit in insidijs, ut pabulatores excipiat. De castris autē ducis egressi sunt iuuenes, solito plures, ad pabulandum: & prospicientes quod acciderat, ex militibus se plures armati miscuerūt: ut insidiantes fallerent insidijs. Niclotus princeps infestata hasta procurrit in medios, & exceptus ab armatis, quorum lorias tectas non preuidit, in ipso ictū sensit arma: & prius q̄ se referret, crebris ictibus petitus, equo deturbatus perīt, nemine suorū auxilium ferente: q̄ incautius procurrisset in eos, quos putauit inermes. Ita perīt uir nobilis, & fortis, dum fortius q̄ cautius pugnat. Caput eius defectum, & ab omnibus recognitum, defertur in castra ducis.

CA. XXXVI.

LIBRI III. CA. XXXVI. ET XXXVII.

Illi cōperta patris morte, arcem Werlo succēdunt: affēctus suos  
 f cum preciosa suppellectili, nauibꝫ imponūt, ipsi cū promptissimis  
 in nemora se cōdunt. Dux omni terra euastata, firmat fortalicia,  
 & imponit suorꝫ presidia. Guncelinū quendā ex prima nobilitate, Zwe-  
 rino imponit: qui exinde ad lōgā usqꝫ posteritatē, comes ccepit esse Zwe-  
 rinensis. Inde uero Nicloti filij, per interpositos amicos, redibant in gra-  
 tiā ducis: qui eis permisit arcem Werlo, cum subiecta terra. Cæterum  
 omnē Obotritorꝫ, quam pater fugiens reliquit, terram, dux suis dimisit si-  
 delibus. Nam in arce Kissin, Ludolphum quendā ex aduocatis Brūswicī  
 præfecit. Apud Malchow Ludolphū de Peina iussit preesse. Zweerinū  
 autē & Ilow Guncelinus regebat. Magnopolim permisit cuidam nobili-  
 uiro, Henrico de Scatem: qui de Flandria aduocauit magnā multorꝫ mul-  
 titudinē, exhaustis per bella indigenis, aut fuga se proripientibus in interi-  
 orem Wandaliā, Episcopū autē in Magnopoli constituit esse Bernonem,  
 defuncto Euerhardo. In dotem autē ecclesiæ attribuit trecentos mansos,  
 quomodo & Racisburgēsi, & Aldenburgēsi, contulit ecclesijs: Ipse dire-  
 ctus dñs comitū ab eo feudatorꝫ. Missa autē ad Imperatorē legatione, ab  
 illo impetravit ius constituendorꝫ pōtificū, per terras, quas gladio sibi suo  
 subiectisset: & dedit promptus Imperator, quod non habuit: de quo & an-  
 te, & post, magnē fuerant controuersiæ, inter regnū & sacerdotiū: Vt cūqꝫ  
 fuerit, Fridericus Imperator, tum adhuc duci Henrico affēctus, postulata  
 permisit: ut dux suo arbitratu, de nouis disponeret episcopatibus. Ita Ge-  
 roldū Aldēburgensi, Euermodū Racisburgēsi, Bernonē Magnopolensi,  
 prefecit ecclesijs: ut ab illius manu recognoscerēt pontificiū, & ei subiace-  
 rentur per homagiū præstationē: quod contra decuit: sicut etiā longe post  
 prouenit. Episcopi non ignorātes quid ageret, seruierūt tñ necessitati: ma-  
 xime propter illū, qui seipsum exinanivit, formam serui accipiēs. Et dedit  
 etiā dux priuilegia de possessionibꝫ, & de redditibus, & de iusticijs, hoc  
 est, iurisdictione: Et præcepit dux Wādalīs qui remāserāt in terra Wagri-  
 orum, Polaborꝫ, & Obotritorū, atqꝫ Kissinorū, ut soluerēt redditus epi-  
 scopales, qui soluuntur apud Polonos, atqꝫ Pomeranos, hoc est, de aratro  
 tres modios siliginis, & duodecim numos monete publice. Porro aratrū  
 Wādalicū perficiēt duobꝫ bobus, & totidē equis: & auctē sunt decimati-  
 ones in terris Wādalorꝫ, eo q̄ cōfluerēt de cæteris terris homines Teuto-  
 nici, ad incolēdā terrā spacioſam, fertilē frugibꝫ, cōmodā pascuis, abūdātē  
 pisce, & carne, & omnibus rebus ad uitā necessarijs. XXXVII.

Arx Werlo  
 succeditur.

Initiū comi-  
 tatꝫ Zwe-  
 rinensis

Magnopolis  
 Henrico de  
 Scatem.

CCC. māsi  
 i dotē ecclesiæ  
 Magnopoli

Imp. dedic.  
 quo caruit.

Tresepi.

Seruierūne  
 necessitati.

Aratrū quid  
 quodlibet sol-  
 uerit epi-

Vocātur Teu-  
 tonici in lo-  
 cū Wādalorꝫ

q Vo tēpore orientalē hinc Wādalīā ad austrū Pomeranorū, &  
 Kissinorū, tenebat Albertꝫ marchio Brandēburgēsis, cui cognō-  
 mē erat Vrso: Hic propicio Deo prosperatꝫ est uehemēter in funi-  
 culo sortis sue: Omnē enim terrā Brisannorꝫ, & Stoderanorū, multarūqꝫ  
 gentiū habitatiū ad Albim, & Hauelā fluuiū, misit sub iugū, & subfrena-  
 bat rebelles eorꝫ. Deficiētibus autē Wādalīs, per cædē, aut emigrationē,  
 misit ad Traiectum, & uicina Reno loca: insuper qui habitant ad oceanū,  
 eius fluctibus fatigatos Hollandros, Zelādros, Flandros, & adduxit ter-

# LIBRI III. CA. XXXVII. ET XXXVIII.

Hollâdrj ad  
meridiem.

Brâdebûrj  
colonia Sa-  
xonum.

Wâdali recu-  
perat natale  
solum.

Multiplicate  
ecclesiæ in  
Wandalia.

Trâslatio se-  
dis i Lubicâ

XII. præben-  
t Lubicæ.

Athelopre-  
positus.

Frideric⁹ I.  
creat pont.

ris euastatis, necessarios cultores: Et confortatus est uehmëter, ad introitum aduenarum, episcopatus Brandenburgensis, & Hauelbergensis: eo q̄ multiplicaretur ecclesiæ, & decimarū excresceret non parua possessio. Sed & australe latus Albis, in ipso tempore cœperunt incolere Hollâdrj ad ueng, ab urbe Soltwedel omnē terram palustrē, atq; campestrē, terrā quæ dicitur Bersemerland, & Marsemerland, ciuitates, & opida multa, usq; ad saltum Bohemicum, possidebant Hollandrij. Crediderim Ottonū tempore, iam tūc has terras a Saxonibus, pulsis Wâdalis infessas: nam & Henricus rex, Ottonis Magni pater, expugnatā urbem Brandenburgum fecit Saxonum coloniā, instituto ibi marchione, cuius posteri titulū ab illo tenet eximiū: Sed exorta rebellione sub principe, quod diximus, Mistiwoi, quem cani cōparauit marchio, usq; adeo a Wandaliis exterminata est gens Saxonum, cum fide Christi, ut omni ditione, quā tenebat latissimā, exut⁹, idem marchio ad prebendā uixerit in Magdeburgo: Sed tulit incuria sequentiū temporū, ut cum Imperatores alijs rebus laborarent, Wandali ui- cissim pulsis Saxonibus, natale solū recuperauerint. Testan̄ aggeres coniecti ad excursionē Albis: quo in opere non Wâdali, sed Saxones, sudasse creduntur. Nunc uicissim reualescēte Saxonū uirtute, per industriā prin- cipum, Henrici ducis, & Alberti marchionis, c̄esis, pulsis, & exterminatis, pro magna parte Wandaliis, aduenę populi de littoribus oceanī, terras oc- cuparunt: & coaluerūt in mores, & iura Saxonū, usq; in presentem diem: Et multiplicate sunt ecclesiæ, repleta terra cultorib⁹: creuerūt tributa prin- cipibus, & ecclesiæ decimis. Per quæ tempora cum annus ageref Christia- næ salutis. LXIII. post mille atq; centū, uidens Geroldus Aldenburgen- sis episcopus, quia Lubica noua ciuitas, inciperet esset populosa, & in opis- bus, & ciuitate, plurimū excresceret, Aldenburgū uero in medio natio- nis prae constituta, non tam uigeret, q̄ degeret, suggerebat duci de sedis suę trâslatione, & facile impetravit: Hoc etenim cum & duci ex sua digni- tate uideretur, constituerūt diem, quo Lubicā conuenirēt, ordinaturi de rebus. Et designauit dux locum, in quo ædificaretur oratoriū, in titulum matricularis ecclesiæ, & areas claustrales erigerent: Et statuerunt illuc pre- bendas duodecim, clericorū canonice uiuētiū: porro tertiadecima est pre- positi. Et dedit episcopus in stipēdia fratru, decimas quasdam, & tantum de redditibus, quos illi soluit Wandalia, quantū prebendis sufficeret per- ficiendis, & resignauit Adolphus comes uillas oportunas prope Lubicā, quas statim dux obtulit in usus fratru, & de theoloneo cuiq; fratru mar- cas duas Lubicensis monetę. Insuper alia, que priuilegijs ecclesiæ sunt in- scripta. Præpositum autem assumpsere dominum Athelonem, cuius su- pra cum laude fecimus memoriam, q̄ urbem seruauerit ab incursu lateti, filiorum Nicloti.

C A. XXXVIII.

Oceat illud tempus, quo grande luſtamen esset inter regnū & h sacerdotiū, Alexâdrū papam, III, & Fridericū Imperatorē, I, qui iuris sui plurimū interesse est ratus pontificē Romanū creare, & approbare, cum in electione eiusdē Alexandri diuilio fieret, & pars maior

## LIBRI IIII. CA. XXXVIII. ET XXXIX.

atq; sanior Rolandum crearet Alexandrum. Ab diuersa parte Octauia, nus quidam Victoris nomine erigitur: cui, q; se Imperio subderet, Fridericus coepit assistere. In quā rem euocato omniū principū utriusc; ordinis concilio, in Vesontiū, urbs est metropolis in Burgundia Imperiali, hodie Bizuntiū uocant. Quo uelut prouinciarū omniū medio, reges Franciæ, Hispaniæ, atq; Angliæ, ad placita concurrerent, occurrerētq; orientalibus. Euocatur & Waldemarus rex Daniæ, & uenit: & duo regna (ut ferunt Saxones) suscipiens de manu Imperatoris, Dani aut non fatentur, sed res gem suū quibuscūq; cōditionibus; inde abiisse: pollicitū, postq; cum suo concilio res discussa esset, remandaturū per literas ea, quæ poscerent. Minerat Fridericus, rem se inter Zuenonē, & Kanutū, super corona contēdentes, composuisse: Volebat ius Romani Imperij in illam nationē propa gasse, sed non esse illi successum ad uota, Dani loquūtur. Rex quidē Frācie Ludouicus uenit in eum locum etiā ante Imperatore: & aliquot horis expectans, repedauit: cum quid ageretur, suboleret. Hartwicus Hambur gensis archiepiscopus aderat, Hēricus dux, Comes Adolphus, Geroldus episcopus. Hartwicus quidē renouauit questionē suam, super iure legatiōnis, in omnia regna aquilonis. Sed constitui nihil poterat: propter ecclesiæ perturbationē, que tum grauior imminebat. Interim uero in Wandalia res erant quiete: omnia curante Guncelino, uiro forti, & prudenti, per absentiā ducis. Henricus comes Raciburgensis, ecclesiasticas res cure habuit: prouiditq; ut decime de integro soluerētur, ecclesiæ instaurarent, & Dei cultus ubiq; augeretur: profecitq; uehemēter status ecclesiæ, sub illi? deuotione singulari. Maius uero ad filij eius Bernhardi tempora suscepit incrementū. Holsati uero, & qui cum eis occupauere Wagriā, & si hospitaliter ad omnes se gererēt transeūtes, ecclesiastisq; fouerent ritu Christiāno, decimas tñ ex more soluere recusarunt: nam paruulas de aratro mēliras intulerunt: asserentes hoc illis ab initio & esse permisum, & promisum, priusq; nouā terram introīret, ad cultum magno labore redigendam, & nunc quotidianos bellorum tumultus hocipsum depositere: ut, quo niam undiq; angerentur difficultatibus, releuentur ab onere grauissimorum decimarē.

## CA. XXXIX.

Eroldus Aldenburgensis, & nunc Lubicensis episcopus, adhibi  
g to Adolphi comitis consilio, literis q; accurate conceoptis, scripsit  
ad Holsatos in Bornehouede, ubi caput esse uidebatur populi: Pretendit diuinū in decimis preceptū: ostēdit non esse magnū, pro spiritualibus seminantē, metere temporalia: monet, hortatur, obsecrat, ut in salutem animarū, & ecclesiæ decus, huic oneri subiçiant humeros, leuissime supportando: ubi pia uoluntas accesserit, exempla ecclesiarum omniū & presertim proximarū, que non minori, etiam maiori, difficultate laborent, pretendit. Sed parū literę profuerunt: tumultuantibus, & sublato clamore dicētibus; Seruili conditioni, nunq; se colla submissuros: per quā omne Christicolarū genus, pontificū pressura laboret. Præterea & hoc adiēcerunt, non multū a ueritate aberrātes, q; omnes pene decimę, in luxus cesse

Cōcilium in Vesontio.

Dani &amp; Saxonies diuersa sentiunt.

Rex Fraciæ ad cōcilium.

Archiep̄s renouat questio nē legatiōis.

Holsati recusant soluere decimas.

Gerold⁹ primo Aldenburgē post Lubicen̄ ep̄s.

Decimę in secularium luxus.

rint hominū seculariū: nam Henricus Polaborū comes, dīmidiū decimæ acccepit ab ecclesia in beneficiū, nostri uocant feudum. Idem Adolphus comes, si res prosperabitur, facturus uidebatur. Episcopus populi duriciā retulit ad duce. Ille sub obtentu gratię, Holsatis, & omnibus in terra Wa griorē cōsidentibus, precepit: ut ad exemplū Polaborē, & Obotritorē, legitima persoluant ecclesię: cūq; in camino tribulationis sedentes pareant, cur non etiā in tranquillitate agētes, obtemperet. Illi obstinatis animis, nunq; parituros, responderūt: malle se incensis edibus emigrare, q; se ac filios, in perpetuā mittant seruitutē. Grauius etiā aliquid cogitabant: Episco po, & omnibus qui urgeret occisis, transfugere in Daniā: fecissentq; qd minabantur, nisi protinus obstitisset, noua nuper interposita regis ac ducis pactio: quę inter alia hoc continebat: q; neuter alterius terre profugos reçoepit. Angustati ergo Holsati, talem cum pontifice, in ducis presentia fecere cōventionē: ut de manso sex modios siliginis, & octo solueret haue nę: eius mēsure, quā uulgo dixere Hymten. Et ne futuris temporibus nos uis, a pontificibus sequuturis, onerent angarijs, & perangarijs. Hanc aut conuentiōnē, scripto editam, postularunt literis & sigillis, ducis, & episco pi, roborari: Sed cum notarij marcā auri deposcerent, Holsatīq; dare recu sarent, res mansit ut erat: nullis literarē documentis, firmata: interueniēsc; mors properata pōtificis, rem liquit non ad plenum resolutam: presertim q; bellorē noui motus, ab Obotritis nunciarentur.

## FINIT LIBER III.

## INCIPIT LIBER .V.

Ribislaus, & Werislaus, germani fratres, Nicloti Obotritorum principis, filij, non contenti terra Kissinorē (ea est ultra Wernouiam, ad Panim usq; fluuum) ad recu perandam Obotritorum prouinciam, aspirabāt. Quo rum molitiones Guncelinus Zwerini p̄fectus compertas habēs, sine dilatione duci nunciauit. Ille mox un dic̄ contractis uiribus, priusq; hostes inualescerent: du

Filiū Nicloti  
studēt noui  
cūtibus.

p

xit in eos: p̄mittens Guncelinum, cum expedita manu, qui arcem Werlo, in quam se hostes recōperant, obsidionem ibi toleraturi, circumuallaret. Erat in eo pr̄sidio Werislaus. Frater autem cum expeditis equitibus nemora tenuit: excursurus, ubi cōmodum uidebatur. Placuit duci, q; ho stes obsidionem paterētur: certissimo, q; exinde caperent. Obsedit arcem: Et egressi iuuenes, missilibus certauere, graui satis labore atq; periculo, quibus dux ait. Quid est, q; prodigi sanguinis, exurritis, uulnera sine fructu excipiētes: quin potius sedete in tabernaculis quieti: fames pugnabit, nobis ad omnia quiescētib;: nā importari nihil poterat: & erat inclusa iugēs nobiliū, & plebis multitudo: iussit ligna cōportari, ad faciēdas machi

Fames pu gnabat.

Fit precepū  
de soluēdis  
iurib; ecclesie

Pactio de nō  
recipiendis  
emigrātib;

Noui mot  
belli.